BRADWARDINE(?) ON OCKHAM'S DOCTRINE OF CONSEQUENCES

AN EDITION

N.J. Green-Pedersen

Two manuscripts contain a treatise on consequences which is a sort of commentary on part of Ockham's section about this subject-matter in the *Summa Logicae* (III-3, cc. 2-11). The manuscripts are:

L: *Liège, Bibl. de l'Université, 114C, ff. 205ra-211ra.*

This manuscript was written in the late 14th century. I refer to the description of it given by H. Hubien.[1] Our work is anonymous in this manuscript.

V: *Vaticanus Pal. lat. 1049, ff. 117vb-127rb.*

As far as I know this manuscript has not been described anywhere. Therefore I insert the following preliminary conspectus of its contents:

1. ff. 1ra-32rb: Thomas Pragensis, Quaestiones in Petri Hispani "De compositione corporum".
2. ff. 33ra-42rb: Anon., Quaestiones theologicae et naturales.
3. ff. 43ra-49va: Iohannes Buridanus, Quaestiones in Porphyrii Isagogen.
4. ff. 49vb-60rb: Iohannes Buridanus, Quaestiones in Aristotelis Categorias.
5. ff. 60va-72rb: Iohannes Buridanus, Quaestiones in Aristotelis De interpretatione.
6. ff. 73ra-97ra: Albertus de Saxonia, Quaestiones in Aristotelis Analytica posteriora (ascribed to Buridan).
7. ff. 99ra-101vb: Anon., Quaestiones logicae.
8. ff. 102ra-105rb: Anon., Summulae sec. usum Oxoniae.[2]
9. ff. 105rb-108rb: Anon., Consequentiae sec. usum Oxoniae.[3]
10. ff. 108rb-109vb: Anon., Sophismata.
11. ff. 109vb-117vb: Anon., Quaestiones in textum consequentiarum Thomae Bradwardine.
12. ff. 117vb-127rb: Thomas Bradwardine, Textus consequentiarum (our text).
13. ff. 127va-131ra: Anon., Sophismata et quaestiones logicae.
14. ff. 132ra-152rb: Anon., Quaestiones in Petri Hispani Tractatum I.
15. ff. 153ra-157vb: Anon., Quaestiones logicae (de praedicamentis).

The manuscript, then, contains a mixture of British and continental

---

1. H. Hubien, *Iohannis Buridani Tractatus de consequentiis. Philosophes Médiévaux* XVI, Louvain-Paris 1976, p. 10.- I thank professor Hubien for calling my attention to our work and to the two manuscripts.
2. Cf. L.M. de Rijk, "Logica Oxoniensis. An Attempt to Reconstruct a Fifteenth Century Oxford Manual of Logic". *Medioevo* III (1977), pp.121-164; cf. esp. pp. 121-122; 155-156.
3. Ibid. pp. 122-123; 156.

works on logic. It was written in Paderborn in 1376 by an unknown Conradus de Furenvelde (Fürfeld). Our work is here ascribed to Thomas Bradwardine (cf. the end of the text, as printed below). Likewise the text immediately preceding ours - which is a commentary on it - is said to be questions on Bradwardine's text on consequences. In this commentary the author of our work is regularly called 'Thomas'.

The Principles of the Edition

There are considerable divergencies between the texts offered by our two manuscripts. Apparently it is impossible to say much about the relationship between the two manuscripts. They are obviously independent of each other, and they are unlikely to derive from a common source. Given these facts we shall have to decide between the readings of the two manuscripts by separate reflections in each case.

We may find some help for this task in a comparison of the characters of our two manuscripts. V offers a text which would frequently cause serious problems if we had only this manuscript to rely upon. Rather often V has made omissions which disturb the meaning of the text. Sometimes these omissions are short, but there is a considerable number of long ones, at which the meanings of whole passages are completely lost. In some cases the omissions have even led to confusions about which side of an argument a passage belongs to. Most of the omissions are homoioteleuta. Examples of such omissions occur in §§ 50, n. 24; 77, n. 12; 109-110, nn. 23a-c; 162, n. 67; 203, n. 87; 208-209, n. 18; 245, nn. 21 & 32; 252, n. 95; 256, n. 106. These numerous and disturbing omissions seem to indicate that the scribe of V - or perhaps of the model of V - was unable to, or perhaps did not care to, follow the argument or the line of thought in the text, even though it seems more natural to assume that the Conradus who wrote V was not a professional scribe, but someone who copied the texts for his personal purposes.

In L, on the other hand, we do not - or extremely rarely - meet such problems. The few omissions which occur consist in whole paragraphs which have been left out (e.g. § 193). Generally speaking the text of L is of far better quality than that of V, in the sense that it would nearly always be possible to make a text solely on the basis of L, without having serious problems of contents about any passage.

If we compare our two manuscripts in the passages where they both offer texts, it seems to me that the text of L is more smooth and standard-

ized than that of V. One possible explanation of this difference is that L has frequently inserted the standard technical terms or phrases in places where V contains some less current ones. Likewise it is often possible to explain the differences between the texts of L and V by assuming that L has wanted to replace a clumsy expression by a more well-formed one. Further it sometimes seems that text of L has tried to provide against some possible objections to the validity of a certain rule which the text of V does not take notice of. Finally L in several places writes out in full the text where V just writes 'etc.' The following variants may serve as illustrations of this interpretation of the different characters of L and V: §§ 4, n. 4; 5, nn. 5 & 6; 7,n. 3; 8,n. 4; 15,n. 34; 55,n. 36; 82, n. 21; 85, n. 27; 101, n. 51; 122, n. 72; 194, nn. 70 & 71; 203, n. 84; 215, n. 69; 216, n. 79; 233, n. 134; 245, n. 28; 247, n. 44; 253, n. 100; 257 n. 110; 258, n. 125.

On the basis of such reflections I have been led to the conviction that V, though a bad copy in several cases, may be faithful to its model, in that there are hardly any variants which may reasonably be interpreted as attempts at corrections, and possibly the scribe - either of V or of its model - has not even understood the logical problems well enough to be able to make corrections in the text. L, on the other hand, owes its origin to someone who has had sufficient command of the problems, and who frequently has thought that the text might be improved upon, both concerning details and more important things.

Certainly this is not the only possible interpretation of the variants offered by our two manuscripts. It is, however, the one which seems most convincing to me, though I am aware that it remains somewhat arbitrary. Hence the present edition is primarily an attempt at a reconstruction of the text of the model of V. Accordingly L has been drawn upon only in cases where it was not possible to obtain a satisfactory text solely on the basis of V. Due to the lack of quality of the text of V it has been necessary to have recourse to L rather often, though. In fact, the text of several paragraphs owes more to L than to V. Thus we have not obtained a sort of mechanical principle for the choice of text, but rather some general guide-lines for the separate reflections which must decide each case.

The apparatus is almost complete with regard to V; only absolutely trivial variants are left out. The selection of variants from L has been somewhat arbitrary. Only such variants as may represent the correct read-

ings or contribute toward a better understanding of the text or in interesting respects illustrate the different characters of our two manuscripts have been included in the apparatus. Further the apparatus contains references to the text of Ockham for all the places which have been taken from him.[4] The orthography has everywhere been normalized according to classical standards.

The Authorship and Date

As mentioned our work is ascribed to Thomas Bradwardine in V, whereas it is anonymous in L. It is difficult to know if we can trust the ascription in V, and we cannot even say much about the question. The works, namely, which certainly are by Bradwardine make very little mention of the problems which our text deals with.

Actually I find only one point which may be used as an argument about the authorship of Bradwardine. The author of our text is very firm in the standpoint that the as-of-now consequence (*consequentia ut nunc*) is invalid.[5] Now, we possess a work on insolubles (*insolubilia*) which beyond doubt is an authentic work by Bradwardine, and which also mentions the distinction between absolute (*simplex*) and as-of-now consequences. There, however, Bradwardine supports the distinction and uses it to solve various problems.[6] Likewise Bradwardine there seems to adhere to the definition of a consequence which says that the consequent is understood (*intellegitur*) in the antecedent.[7] Our work, on the other hand, shows no trace of this doctrine.

Thus it may seem that we have here an argument against the ascription of our work to Bradwardine. It is uncertain, however, how much it is worth. It is far from unthinkable that an author might change his mind on such points. A straightforward rejection of the as-of-now consequence will inevitably lead to difficulties, and it is not unproblematic even in our work. Hence it is possible that our treatise is an early work and that Bradwardine later saw that it is not so pointless after all to speak about

---

4. Guillelmi de Ockham, *Summa Logicae*, ed. Gedeon Gal & Stephen Brown. Opera Philosophica I, St. Bonaventure, N.Y. 1974.
5. Cf. e.g. §§ 6; 8; 44sq.; 99-100; 175-176.
6. Cf. M.L. Roure, "La problématique des propositions insolubles aù XIIIe siècle et aù début du XIVe,suivi de l'édition des traités de W. Shyreswood, W. Burleigh et Th. Bradwardine". *Archives d'Histoire Doctrinale et Littéraire du Moyen Age* 37 (1970), pp. 205-326; cf. esp. pp. 291 (no.4.03); 297 (no.6.04); 298-299 (nos.6.051-054).
7. Ibid. p. 299 (no.6.053).

an as-of-now consequence, and accordingly took a new standpoint.

This of course leads us on to the question about the date of our treatise. Since it is a sort of commentary on Ockham's *Summa Logicae* it is evidently later than this work, i.e. later than 1323. Likewise it must be earlier than 1376 which is the date of the manuscript V. Immediately, however, we cannot further narrow down the period. Still let us see if we may find some help in a comparison with other treatises on consequences.

The Context of Our Treatise

The present work has a clear structure:

A.I. Definitio consequentiarum	(§§ 1-3)
II. Divisio consequentiarum	(§§ 4-6)
III. Conclusiones	(§§ 7-17)
B.I. Regulae generales	(§§ 18-39)
C.I-VIII. Regulae speciales	(§§ 40-278)

The chapters C.I-VIII constitute a sort of running commentary on Ockham's *Summa Logicae* III-3, cc. 2-11; the preceding chapters have no direct connection with Ockham's work, even though there is a single reference to it in § 16.

Let us compare our treatise with a few other works. As an example of one of the earliest texts on consequences I shall choose Walter Burley's treatise from c. 1300.[8] It falls into ten chapters. The purpose of the first is apparently to define or at least to determine the nature of a consequence. This is done not directly, but by laying down and explaining some fundamental rules of consequences which are utilized and drawn upon in all the following chapters. Most of these rules concern the syncategoreme or conjunction 'if' (*si*). Chapters II-VI set out rules that connect with particular syncategoremes (exclusives, exceptives etc.). The following chapters describe rules for syllogistic and enthymematic consequences and for sentences with oblique terms. The rules in these three chapters are mostly such as describe the uses of various syncategoremes in these types of consequences. The last chapter of the treatise contains general rules. Apparently Burley calls them general, because they are not confined to consequences of one of the special types dealt with in chapters II-IX; again they are predominantly rules in some way connected with various syncategoremes.

---

8. Cf. N.J. Green-Pedersen, "Walter Burley's 'De consequentiis'. An Edition". Forthcoming in *Franciscan Studies* 40 (1980).

Let us next turn to the chapters on consequences in the two ps.Ockham treatises on logic, the so-called *Elementarium Logicae* and *Tractatus Logicae Minor*.[9] Both works first define and divide consequences and then proceed to state rules for them. They divide the rules into two classes: general and special ones. The general rules are of the same type as those in Burley's work, in particular those of his first chapter. The special rules, however, are quite different. They are topical rules, or in other words *loci*, and they are even called so.[10] Unfortunately nobody has yet been able to date or locate these two treatises, as far as I know. It seems to me, though, that they must date from some time well before the middle of the 14th century. Both treatises, namely, appear to be rather uncertain about the relation between the two main divisions of consequences, viz. that into absolute and as-of-now consequences and that into formal and material ones.[11] Now, the practice very soon develops so that the distinction between absolute and as-of-now consequences is subordinated to the other division, in that it is considered a subdivision of material consequences. Therefore it is a plausible assumption that the two ps.Ockham treatises belong to a period when the distinction between formal and material consequences was a relatively new one which the authors did not yet know how to compare with the other and older division. This would date our two works not later than c. 1335.

A similar situation obtains in the recently edited so-called *Logica "Ad rudium"*. Here again we find first a section of general rules, which is, however, more complex to survey than the corresponding ones in the two beforementioned treatises. Anyway this section is followed by another which comprises rules from the topics.[12] Likewise the author of this work appears not to know how to relate the two abovementioned distinctions between types of consequences to each other.[13] About the date of this treatise, however, we are much better off than at the two ps.Ockham texts; it seems to be composed about 1335. Further we know that its author drew upon Ock-

---

9. Eligius Buytaert, "The Tractatus Logicae Minor of Ockham". *Franciscan Studies* 24 (1964), pp. 34-100.- Eligius Buytaert, "The Elementarium Logicae of Ockham (I)". *Franciscan Studies* 25 (1965), pp. 151-276.
10. *Tractatus Minor* pp. 78-81.- *Elementarium Logicae* pp. 256-276.
11. *Tractatus Minor* pp. 77-78.- *Elementarium Logicae* pp. 254-255.
12. *Anonymi Auctoris Franciscani Logica "Ad rudium"*, ed. L.M. de Rijk. *Artistarium* 1, Nijmegen: Ingenium 1981, IIIc.9,69-83, pp.116-130.
13. Ibid. III c.9,65 & 67, pp. 116-117.

ham's *Summa Logicae*.[14]

Now let us return to our own text. The general rules in it (B.I.) are of the same kind as the general rules in the three treatises just mentioned or the rules in Burley's treatise. The special rules of course are identical with those set out in the corresponding chapters of Ockham. This means that they are mainly rules from the topics; except for chapter C.VIII which contains rules from modal logic. It is plain, therefore, that our text shares with the three treatises just mentioned a basic conception of a distinction between general and special rules of consequences, and of the respective character of the two. Furthermore the three other treatises are somehow connected with or influenced from Ockham, which our text is too.

Hence I suggest that our work belongs to the period c. 1325-1340, and that it comes from the environments around Ockham, or at least from England, probably Oxford. At any rate, it seems impossible to find any treatises from the second half of the 14th century or later which distinguish between general and special rules in the same manner, i.e. which identify the special ones with *loci* or rules from the topics. True, a distinction between special and general rules occurs in some of the later works, but it covers different matters. E.g., the distinction which Ralph Strode makes in these terms,[15] compares much more easily with what we find in Burley's treatise than with the distinction in the texts, just mentioned, from the surroundings of Ockham. Therefore I think that our treatise must belong to the first half of the 14th century.

---

14. Ibid. p. 12.
15. W. K. Seaton, *An Edition and Translation of the* Tractatus de Consequentiis *by Ralph Strode*... Dissertation, Berkeley, California 1973 (*University Microfilms* 75-6797), 1.1.06sq. (p.3sq.); 1.3.01sq. (p. 35sq.); 2.1.01sq. (p.43sq.).

TEXTUS CONSEQUENTIARUM

A.I.

1. Circa scientiam consequentiarum aliqua praeambula sunt praemittenda.[3] Primo ponenda est definitio consequentiarum, secundo divisio earundem, et aliquae conclusiones sunt subiungendae.

2. Circa definitionem nota quod consequentia est argumentatio composita ex antecedente et consequente. 'Argumentatio' ponitur in definitione consequentiae, quia omnis consequentia sumitur ad aliquod argumentum producendum.[2] 'Composita' dicitur, quia nullum incomplexum est consequentia. 'Ex antecedente et consequente' additur, quia in omni consequentia adminus requiruntur duae propositiones categoricae.

3. Etiam ex ista definitione sequitur quod omnis argumentatio generaliter[3] potest vocari consequentia, sive sit syllogistica sive inductiva sive exemplaris sive enthymematica, quia quicquid praecedit ultimam propositionem inductam potest vocari antecedens; specialiter tamen nulla argumentatio modo et figura regulata vocatur consequentia.

A.II.

4. Divisio consequentiarum: alia est necessaria et formalis, alia necessaria et non formalis. Necessaria et non formalis est illa quando antecedens non potest esse verum sine consequente, retenta recta[1] vocabulorum significatione, per medium intrinsecum non tenens sed per aliquam aliam propositionem[2] necessariam. Unde medium intrinsecum est propositio composita ex subiecto antecedentis et subiecto consequentis. Verbi gratia: ista consequentia est necessaria et non formalis 'baculus stat in angulo, ergo deus est', cum hic consequens non sequitur formaliter ex antecedente, et /f.118ra/ tamen impossibile est antecedens esse verum sine consequente; et tenet per illam propositionem[3] necessariam: si prima causa non est, impossibile est aliquid esse. Consequentia formalis est fere <eadem> cum praedicta sed quod talis[4] tenet per medium intrinsecum, cuiusmodi est haec 'homo currit, ergo animal currit', quae tenet per hoc medium 'homo est animal'.

5. Alia divisio consequentiarum ponitur ab aliquibus, quae talis est: consequentiarum alia simplex[5], alia[6] ut nunc. Simplex est secundum illos quando impossibile est antecedens esse verum consequente existente falso, et hoc retenta primaria[7] vocabulorum significatione. Sed consequentiam ut

---

1. ponenda L. 2. probandum L. 3. generali nomine L, generalis V.
1. retenta recta: tenta eadem L. 2. regulam L. 3. regulam L. 4. feretalis: illa quae L. 5. et necessaria *add.* L. 6. necessaria *add.* L.

nunc dicunt quando antecedens pro nunc non[8] potest esse verum nisi[9] consequens sit verum, potest tamen aliquando esse verum quando consequens non sit verum.

6. Sed ista divisio non valet, quod probatur sic: si esset talis aliqua consequentia, ex mere possibili sequitur impossibile, tale scilicet quod esset impossibile respectu cuiuscumque sui significati. Consequens falsum, ergo. Falsitas patet per Aristotelem: possibili posito in esse nullum sequitur impossibile,[10] quia sicut ex vero nihil sequitur nisi verum, sic ex possibili etc. Et hoc inferius manifestius ratione probatur, quia posito quod non[11] currit nisi asinus, tunc sic 'omne currens est asinus; omnis homo est currens; ergo omnis homo est asinus'. Pro nunc impossibile est antecedens esse verum nisi consequens sit verum, quia tenet per hanc propositionem veram: 'omne currens est asinus', quae vera est per casum. Sed antecedens est possibile et consequens impossibile. Sequitur ergo quod consequentia ut nunc non valet, quia simpliciter sequitur ex possibili impossibile, quod est contra Aristotelem.

A.III.

7. His praemissis sequuntur aliquae conclusiones. Prima quod omnis consequentia bona simpliciter est necessaria. Probatur: omnis condicionalis vera simpliciter est necessaria. Omnis consequentia bona[1] aequivalet uni condicionali verae. Ergo omnis consequentia est simpliciter[2] necessaria. Antecedens[3] patet per omnes bonos logicos tam antiquos quam modernos, quia ista 'homo est, ergo animal est' aequivalet isti 'si homo est, animal est'.

8. Secundo: omnis consequentia bona vel est consequentia ut nunc vel est consequentia simpliciter necessaria. Sed nihil[4] est consequentia ut nunc. Ergo omnis consequentia simpliciter est necessaria. Antecedens[5] patet per disiunctam[6] sufficientem et[7] divisionem. Minor probatur ex praedictis.

9. Contra conclusionem sic: nihil quod potest esse vel non esse est simpliciter necessarium. Omnis consequentia est huiusmodi. Ergo. Antecedens[8] potest elici ex dictis Aristotelis, I. Posteriorum: ista dicuntur necessaria quae non possunt aliter se habere.[9] Minor probatur, quia omnis

7. *om.* L. 8. *om.* V. 9. si V. 10. *Arist. Anal. prior.* I,13,32a 19-20. 11. nihil L.
1. simpliciter *add.* V. 2. *om.* V. 3. maior L. 4. nulla consequentia bona L. 5. maior L. 6. *om.* L. 7. *om.* L. 8. maior L.
9. *Arist. Anal. post.* I,6, 74b 5-6. 10. *om.* V. 11. vel esse: *om.* L.

consequentia est mentalis, vocalis vel scripta. Sed quaelibet talis potest esse vel non esse.

10. Respondetur: nego consequentiam istam: nihil quod potest etc., praecipue loquendo de necessitate propositionis, quia ad hoc quod aliqua propositio sit necessaria non oportet quod ipsa non[10] poterit non esse vel esse,[11] sed sufficit quod non poterit esse nisi sit vera, nulla facta mutatione terminorum. Et tunc ad Aristotelem: ista sunt necessaria etc. Dico quod Aristoteles intellegit quod aliqua propositio talis sit necessaria[12] /f.118 rb/ quae cum sit vera non potest esse falsa nisi facta mutatione terminorum.

11. Contra istam solutionem arguitur, et probatur quod necesse est omnem propositionem esse: omne quod est dum est necesse est[13] esse. Omnis propositio est dum est. Ergo etc. Antecedens[14] patet per Aristotelem I. Peri hermeneias.[15] Minor probatur, quia alias sequeretur mere contradictio, scilicet quod aliquid esset quando non[16] esset, quod est impossibile. Discursus patet, quia est in primo modo primae figurae etc.

12. Respondetur distinguendo antecedens[17] secundum compositionem et divisionem. In sensu composito antecedens[18] est falsa. Et sic ista additur 'dum est' a parte subiecti, et exprimitur sic: 'omne quod est dum est necesse est esse'.[19] In sensu diviso est vera, et cum praedicta additio additur praedicato: 'omne quod est necesse est esse dum est', tunc antecedens est verum. Et discursus prior non tenet, quia plus praedicatur in minori quam subicitur in maiori.

13. Secunda conclusio: quod in omni bona consequentia antecedens potest esse verum quamvis consequens non sit verum. Probatur: quandocumque antecedens potest esse quando[20] consequens non sit, antecedens potest esse verum, quamvis consequens non sit verum. Sed antecedens cuiuscumque consequentiae potest esse quamvis consequens non sit. Ergo. Antecedens[21] patet, quia omne verum praesupponit esse. Minor patet, quia[22] quando aliqua sic se habent quod unum non est pars alterius nec aliquid quod est pars unius est pars alterius nec unum istorum est causa vel effectus[23] alterius, unum potest esse reliquo non existente. Sed sic habent se antecedens ad consequens cuiuscumque consequentiae. Ergo.

14. Contra illam conclusionem arguitur: quando duae propositiones sic se habent quod una potest esse vera sine reliqua, ad veritatem unius non sequitur veritas alterius.[24] Si ergo in omni consequentia bona antecedens

12. sit *add.* V, *mut.* L. 13. huiusmodi *add.* V. 14. maior L.
15. *Arist. De interp.* 9, 19a 23-24. 16. esse V, *mut.* L. 17. maiorem L.
18. maior L. 19. . V. 20. quamvis L. 20. quamvis L.
22. Minor-quia: secunda(?) V. 23. vel accidens vel subiectum *add.* L.
24. Consequentia tenet *add.* V. 25. maior L. 26. praedicta V. 27.

potest esse verum ita quod consequens non sit verum, ad veritatem antecedentis non sequitur veritas consequentis. Antecedens[25] probatur, quia sicut se habet antecedens ad consequens, ita se habet veritas antecedentis ad veritatem consequentis. Sic ergo patet quod ista[26] regula communissima ab omnibus logicis probata est falsa:[27] Consequentia est bona, et antecedens est verum, ergo consequens est verum.[28]

15. Respondetur concedendo quod ad veritatem antecedentis non sequitur veritas consequentis. Sed tamen pro iuvenibus[29] est distinguendum quod aliquid sequitur ad aliud dupliciter: vel absolute vel condicionaliter. Absolute veritas consequentis non plus sequitur ad veritatem antecedentis quam esse consequentis sequitur ad esse antecedentis vel e converso.[30] Sed condicionaliter bene sequitur, ut si dicatur: 'si[31] haec est vera "homo currit", tunc[32] haec est vera "animal currit"'. Ulterius dico quod illa regula[33] 'consequentia est bona, et antecedens est verum, ergo consequens est verum' est maxime necessaria,[34] quia impossibile est in consequentia bona quod antecedens sit verum nisi consequens sit verum, quia antecedens et consequens sunt relativa, quae posita se ponunt et perempta se perimunt. Ergo non oportet quod addatur condicio. Sed tamen cum hoc bene stat quod antecedens sit verum, quamvis consequens non sit verum, sed quando sic est quod antecedens est verum sine /f.118va/ consequente, tunc non est antecedens.

16. Ex istis conclusionibus patet falsitas dicti ipsius Ockham, super consequentias, capitulo primo, ubi dicit quod ista sit formalis 'Sortes non currit, ergo homo non currit', et tenet per illud medium intrinsecum 'Sortes est homo'.[35]

17. Contra: si illa esset bona, possibile esset duo contradictoria simul esse vera respectu eiusdem significati. Consequens falsum.[36] Igitur. Consequentia probatur, et pono casum quod omnis homo currit et Sortes non currit. Tunc sic 'Sortes non currit, ergo homo non currit', ista consequentia per eum est bona, et antecedens est verum, igitur et consequens. Et ultra 'igitur aliquis homo non currit', quia indefinita et particularis[37] convertuntur. Sed haec est vera per casum 'omnis homo currit'. Stabunt[38] illa duo simul 'omnis homo currit' et 'aliquis homo non currit', et ista sunt contradictoria. Et si dicatur quod haec consequentia sit formalis,[39] hoc est reprobatum superius per primam conclusionem.

---

scilicet *add.* L. 28. igitur *add.* V. 29. protervientibus L. 30. vel-converso: *om.* L. 31. *om.* L. 32. ergo L. 33. *om.* L. 34. maxime necessaria: bona L. 35. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.1,50-54; cf. 23-28. 36. impossibile L. 37 singularis V. 38. ergo *add.* L. 39. ut nunc et non simpliciter *add.* L.

B.I.

18. Istis praehabitis ponendae sunt aliquae regulae generales omnibus consequentiis deservientes, quarum prima est haec: quicquid sequitur ad consequens, hoc sequitur ad antecedens. Et accipitur illa regula ex dictis Aristotelis in Praedicamentis, ubi dicit: quando alterum de altero praedicatur, quicquid de praedicato affirmatur, et <de>[1] subiecto.[2] Probatur ratione sic: si aliquid sequitur ad hoc consequens 'animal est substantia' quod non sequitur ad hoc antecedens 'homo est substantia', ergo eadem propositio esset vera et falsa respectu eiusdem significati. Consequens est impossibile. Igitur. Consequentia probatur: ista propositio quae sequitur ad hoc consequens[3] 'animal est substantia' et non ad hoc antecedens[4] 'homo est substantia' sit a. Tunc sic: a non sequitur ad hominem esse substantiam, ergo hominem esse substantiam potest esse verum sine a. Sed quandocumque haec est vera 'homo est substantia', haec est vera 'animal est substantia'. Ergo ista propositio potest esse vera sine a. Ergo a non sequitur ad animal esse substantiam. Et prius dictum est quod a sequitur ad animal esse substantiam. Ergo haec propositio 'a sequitur ad animal esse substantiam' est vera et falsa simul respectu eiusdem significati.

19. Contra illam arguitur tripliciter: quandocumque aliqua duo sic se habent quod unum illorum potest esse sine reliquo, veritas unius non sequitur ad veritatem alterius. Sed antecedens[5] et consequens[6] sunt huiusmodi. Igitur.

20. Secundo: si regula esset vera, sequitur quod quicumque diceret hominem esse asinum diceret verum. Consequens falsum. Consequentia probatur: quicumque dicit hominem esse asinum dicit hominem esse animal. Ergo ista consequentia est bona: 'Plato dicit hominem esse asinum, ergo dicit hominem esse animal. Sed qui dicit hominem esse animal dicit verum. Ergo qui dicit hominem esse asinum dicit verum.'

21. Tertio: si regula esset bona, tunc ex uno contradictoriorum sequitur reliquum. Consequens impossibile. Igitur. Consequentia probatur, et arguitur per praedictam regulam: 'si nullum tempus est, dies non est. Et si dies non est, nox est. Et si nox est, aliquod tempus est'. Ergo de[7] primo ad ultimum: 'si nullum tempus est, aliquod tempus est.'

22. Ad primum respondetur concedendo illam propositionem quod consequens[8] potest esse sine antecedente.[9] Et ulterius veritas consequentis non sequitur absolute ad veritatem antecedentis, sed condicionaliter.

1. *om.* V, *defecit* L. 2. *Arist. Categoriae* 3,1b 10-11. 3. antecedens V, *om.* L. 4. consequens V, *om.* L. 5. antecedentis *add.* L. 6. consequentis *add.* L. 7. a L. 8. consequentis *add.* L. 9. antecedentis *add.* L.

23. Ad secundum: negatur tam antecedens quam consequens, quia haec /f. 118vb/ est falsa 'quicumque' etc., quia non est propositio indicativa. Etiam illa est falsa 'quicumque dicit hominem' etc., quia sunt duo dicta[10] distincta et unum potest esse sine alio, et si dicta propositionum supponunt pro propositionibus, tunc manifestius patet falsitas argumenti, quia non oportet quod dicens hanc propositionem 'homo est asinus' dicat hanc 'homo est animal'.

24. Ad tertium respondetur concedendo hanc consequentiam 'si nullum tempus' etc., eo quod ex impossibili sequitur quodlibet, quia[11] impossibile est secundum dicta Aristotelis quod nullum tempus sit. Et per consequens sequitur ad ipsam quaecumque[12] sive sit vera sive falsa. In[13] simili ad istam 'caelum non est' sequitur ista 'stella non est nec asinus'. Item sequitur 'homo est asinus' per eandem regulam.[13]

25. Alia regula: quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad consequens. Haec regula sequitur ex praecedenti, nam si hoc consequens 'homo est' sequitur ad hoc antecedens 'Sortes est', et hoc consequens 'animal est' sequitur similiter ad idem antecedens 'Sortes est'; ut si illa consequentia est bona 'Sortes est, ergo homo est', sic etiam ista 'Sortes est, ergo animal est'.

26. Contra illam regulam sicut ad praecedentem potest argui, quae[14] cum ista convertitur, et simili modo solvuntur argumenta.

27. Sed[15] contra: arguendo sic 'si Sortes est,[16] homo est' hic nihil antecedit antecedenti. Ergo regula falsa.

28. Secundo: ponitur in casu quod omnia entia mundi sint substantia vel accidens. Tunc arguitur sic 'accidens est inhaerens, ergo substantia est'. Hic nihil antecedit antecedenti, ex quo nihil est in mundo nisi haec duo.

29. Respondetur: 'si Sortes est', dico quod regula debet restringi et intellegi condicionatim et in bona consequentia ubi datur antecedens antecedenti. Et[17] sic non est hic.

Ratio secunda solvitur eadem radice.[15]

30. Alia regula: ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis; ut 'si homo est, ergo animal est; si animal non est, ergo homo non est'.

31. Contra: si sic, tunc illa esset bona[18] 'omnis homo currit, ergo omne animal currit'. Sequitur enim 'nullum animal currit, ergo nullus homo currit', ex quo apparet falsitas consequentis.

10 duo dicta: *om.* V. 11. sed L. 12. propositio *add.* L. 13. In-regulam: *om.* L. 14. sic V. 15. Sed-radice: *om.* L. 16. ergo *add.* V. 17. cum et *add. et fortasse del.* V. 18. *om.* V. 19. *lectio dubia* V, *mut.* L.

32. Respondetur quod regula debet intellegi de opposito contradictorio et non contrario. Unde generaliter est verum, sive arguitur affirmative sive negative, semper[19] oppositum contradictorium consequentis repugnat antecedenti.

33. Ex illa regula sequitur[20] alia regula cum ipsa convertibilis,[21] quod in nulla bona consequentia oppositum contradictorium consequentis stat cum antecedente in veritate nec potest stare sine nova impositione terminorum.

34. Alia regula sequens ex istis: quicquid stat in veritate cum antecedente stat etiam in veritate cum consequente, sicut quicquid stat cum ista propositione 'homo currit' stat cum ista 'animal currit'.

35. Sed[22] contra:[23] 'Sortes est' stat cum ista 'singulare est', et <tamen>[24] cum hoc non stat illa 'homo est', ex quo li homo est terminus universalis et non particularis.

36. Respondetur quod regula intellegitur terminis supponentibus eadem suppositione subordinatim. Modo in ratione est diversitas suppositionis.[22]

37. Ultima regula generalis: quicquid repugnat consequenti, repugnat antecedenti, sicut quicquid repugnat isti propositioni 'animal currit'[25] repugnat isti 'homo currit'.

38. Contra:[26] si definitum est, ergo definitio est. Modo consequenti repugnat /f. 119ra/ tantum habere unum terminum, ergo repugnat antecedenti; quod est falsum, cum omne definitum sit solus unus terminus, et definitio includat plures terminos.

39. Respondetur: regula debet intellegi terminis supponentibus uniformiter sive captis significative.[26]

Et istae sunt generales regulae quibus omnes consequentiae probantur.[27]

C.I.

40. His visis accedendum est ad regulas speciales, quarum primum capitulum continet regulas quibus universalis affirmativa sequitur ad affirmativam.

Prima est quod a superiori distributo ad inferius distributum est bona consequentia, ut 'omne animal currit[1], ergo omnis homo currit'.[2]

41. Sed contra[3] regulam: sequitur quod haec esset bona consequentia 'omnis homo currit, ergo omnis homo albus currit'. Consequens falsum. Falsitas patet, nam hoc antecedens 'omnis homo currit' potest esse verum

20. est V. 21. quae convertitur L, condicionalis V. 22. Sed-suppositionis: *om.* L. 23. si *add.* V, *defecit* L. 24. *om.* V, *defecit* L. 25. ergo *add.* V. 26. Contra-significative: *om.* L. 27. probant V.
1. est substantia L. 2. est substantia L.- *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.2, 9-11. 3. istam *add.*L. 4. terminorum L. 5. omni V. 6. omnis

sine nova impositione significationis[4] absque hoc quod consequens sit verum 'omnis homo albus currit' - nam posito quod omnes homines sunt nigri et nullus albus, et quod omnis homo currit - ergo regula non tenet. Ultima illa consequentia probatur per regulam generalem praeacceptam, scilicet quod in nulla[5] bona consequentia oppositum contradictorium consequentis stat cum antecedente.

42. Secundo: si regula esset vera, sequitur quod illa consequentia esset bona 'omne animal praeter hominem currit, ergo omnis homo currit'. Consequens falsum, ergo ex quo sequitur. Consequentia tenet, quia hic arguitur a superiori distributo ad inferius etc. Falsitas consequentis patet, quia si illa esset bona, contraria starent simul, scilicet[6] 'homo currit', 'homo non currit'.

43. Tertio videtur quod praedicta regula in nulla materia teneat, nam si in aliqua materia teneret, hoc esset praecipue in illa 'omne animal currit, ergo omnis homo currit'. Sed[7] illa consequentia non valet. Probatur: posito antecedente et consequente in rerum natura sine nova impositione terminorum potest antecedens esse verum sine consequente. Ergo non valet consequentia. Consequentia probatur, quia posito quod nullus homo sit, et quod omne animal currit, tunc antecedens est verum et[8] consequens falsum. Et confirmatur instantia de illa 'omnis homo currit, ergo quicquid est Sortes currit'. Hic arguitur a superiori distributo etc., et tamen clarum est quod illa consequentia non valet, quia[9] Sorte non existente antecedens est verum et consequens falsum.

44. Ad ista[10] dicit Ockham[11] quod praedictae propositiones sunt bonae ut nunc, sicut illa 'omnis homo currit, ergo omnis homo albus currit'.

45. Contra illa dicta arguitur: nulla consequentia est bona ut nunc quae non est bona simpliciter. Ergo praedictae consequentiae non sunt bonae ut nunc. Consequentia tenet[12] de se. Antecedens habetur ex praedictis.

46. Secundo: nulla consequentia simpliciter necessaria est ut nunc. Sed illa consequentia 'omne animal currit, ergo omnis homo currit' est simpliciter necessaria. Ergo non est ut nunc. Antecedens[13] patet per omnes. Minor probatur, quia nullo modo praedicta consequentia posset esse mala nisi posset fieri quod nullus homo esset. Sed hoc est impossibile. Ergo et reliquum. Quod hoc sit impossibile philosophice loquendo patet et[14] secundum viam Aristotelis, sicut patet I. Caeli: mundus fuit ab aeterno,[15] et sic quemcumque hominem praecessit aliquis homo, et post omnem hominem est

add. L. 7. in *add.* V, quod *add.* L. 8. *om.* V. 9. *om.* V. 10. istam V. 11. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.2,33-36. 12. patet L. 13. maior L. 14. de se quia L. 15. *Cf. Arist. De caelo* I,3, 270a 12-14. 16. sed

aliquis homo. Etiam patet theologice, nam deus non posset destruere se ipsum, sed ipsemet est[16] homo, et per consequens non posset facere, /f.119rb/ retenta significatione vocabuli, quod nullus homo esset.

47. Hic[17] dicitur quod de potentia sua absoluta ipse naturam humanam abluere[18] posset, et sic ulterius non est homo[19], sicut separata albedine a Sorte aliquo modo[20] Sortes non est albus, nam sicut Sortes non est albus nisi ratione albedinis, ita deus non est homo nisi ratione naturae humanae sibi unitae.

48. Contra: sequitur quod beatus[21] posset fieri non beatus,[22] et per consequens haec propositio esset possibilis 'quod fuit beatum non est beatum' quod includit contradictionem, quia perpetuitas durationis est de essentia beatitudinis. Consequentia probatur, quia eadem ratione qua natura assumpta posset fieri non assumpta, eadem ratione natura beata posset fieri non beata; et sequitur quod deus posset annihillare omnes sanctos necnon beatam Virginem, quae omnia sunt absurda. Patet ergo quod tam philosophice quam theologice loquendo ista consequentia est necessaria 'omne animal currit, ergo omnis homo currit'.

49. Est ergo[23] dicendum quod regula debet intellegi de inferiori per se, quia licet homo albus sit inferius ad hominem, hoc tamen non est per se sed per accidens.

50. Item: regula debet intellegi in propositionibus mere affirmativis categoricis et non hypotheticis nec aequivalentibus hypotheticis.

Per hoc patet solutio illius argumenti 'omne animal praeter hominem currit, ergo omnis homo currit', quia ista[24] est exceptiva 'omne animal praeter hominem currit', et est aequivalens hypotheticae, quia[24] aequivalet huic copulativae 'omne animal aliud ab homine currit, et homo non currit'.

51. Ex praedictis patet quod omnes tales consequentiae sunt bonae 'omnis homo est ens per se, et omnis homo albus est homo, ergo omnis homo albus est ens per se', 'omnis homo est[25] per se in genere, et homo[25] albus est homo, ergo homo albus est per se in genere'. Et si praemissae sunt[26] verae, necessario sequitur conclusio vera. Et possunt reduci ad formam syllogisticam: 'omnis homo est per se in genere; omnis[27] homo albus est homo; ergo omnis[27a] homo albus est per se in genere'. Igitur.

52. Secunda regula: a convertibili distributo ad suum convertibile distributum est bona consequentia, sicut sequitur 'omnis homo currit, igitur omne risibile currit' et e converso.[28]

---

ipsemet est: cum met sit V. 17. huic L. 18. relinquere L. 19. ratione *add.* V. 20 aliquo modo: *om.* L. 21 ex bona V. 22. bona V. 23. ad alia argumenta L. 24. ista-quia: *om.* V. 25. est-homo: *om.* V. 26. sint L. 27.*om.* V. 27a. *om.* V. 28. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.2,

53. Contra: sequitur quod homo qui non est esset homo. Quod probatur sic 'omne risibile est homo; omne[29] quod potest ridere est risibile; ergo omne quod potest ridere est homo'. Tunc sic: 'omne quod potest ridere est homo; sed Antichristus[30] potest ridere; ergo'. Et per consequens non ens esset homo.

54. Secundo: sequitur quod illa consequentia esset bona 'omnem hominem esse animal rationale mortale est per se primo modo,[31] ergo omne risibile esse rationale, mortale est per se[32] primo modo'.[33] Consequens falsum. Consequentia patet, quia arguitur ut regula tenet.

55. Respondetur secundum Ockham[34] quod propria passio potest capi dupliciter: large secundum quod extendit se tam ad ens quam ad non ens; et sic potest supponere[35] pro non ente sicut pro ente. Et sic accipiendo /f.119 va/ tunc non valet consequentia a subiecto distributo ad suam propriam passionem distributam. Alio modo accipitur proprie[36] secundum quod extendit se ad entia tantum; et sic valet consequentia.

56. Sed illud dictum Ockham[37] non valet. Probatio, quia nihil potest supponere pro non ente, quia talis terminus supponens taliter vel supponeret materialiter, simpliciter vel personaliter. Non materialiter vel simpliciter, sicut patet per omnes. Nec personaliter, quia nullum non ens est significatum alicuius termini, quia signum et significatum, omnia huiusmodi, sunt relativa et posita se ponunt etc. Et illud totum patet in tractatu de suppositionibus.

57. Praeterea: propria passio non extendit se ulterius quam ad illud cuius est propria passio. Sed risibile est propria passio hominis. Maior et minor patent per Porphyrium.[38]

58. Ideo[39] aliter dicitur ad argumentum negando hanc propositionem 'omne quod potest ridere est risibile', sed solum illud quod est aptum natum ad ridendum, sicut plane dicit Porphyrius, non quod actu rideat, sed quod habeat aptitudinem ad ridendum est risibile.[40] Et ideo illud quod non est non est risibile. Sed risibile aliquando accipitur ita large quod aequivalet cum isto termino 'quod potest ridere'; sic non est propria passio hominis, et sic non est convertibile cum homine.

59. Ad secundum dicit Ockham quod praedicta regula est intellegenda in propositionibus modalibus[41] acceptis in sensu diviso et non composito.

69-71. 29. risibile-omne: *om.* V. 30. homo qui non est L. 31. *om.* V. 32. vera *add.* V. 33. *om.* V. 34. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.2,74-92. 35. ita bene *add.* L. 36 propria passio stricte L. 37 simpliciter L. 38. *Porphyrius, Isagoge* 12.13-22. 39. *om.* V. 40. *Porphyrius, Isagoge* 12.18-19. 41. talibus(?) *add.* V. 42. quare V. 43. per se: pars

Unde concedit omnes tales consequentias: 'omne animal esse substantiam est necessarium; ergo omnem hominem esse substantiam est necessarium', 'omnem hominem currere est verum; ergo omne risibile currere est verum', 'omnem hominem esse animal rationale mortale est per se primo modo, ergo omne risibile esse animal rationale mortale est per se primo modo'. Sed in sensu composito dicit praedictas consequentias non valere. Sensus compositus est iste 'haec est per se primo modo "omnis homo est animal rationale mortale", ergo haec est per se primo modo "omne risibile est animal rationale mortale"'.

60. Sed illud non valet, quia praedictae consequentiae nec in sensu composito nec in sensu diviso valent. Quod non in sensu composito ipse concedit. Sed quod non valeant in sensu diviso probatur, quia[42] tenta vocabulorum significatione impossibile est aliquod dictum esse verum vel falsum, necessarium vel impossibile sine nova impositione, quia nulla oratio infinitiva est vera vel falsa. Omne dictum propositionis est oratio infinitiva. Ergo. Patet ergo quod omnes tales propositiones sunt falsae 'hominem esse animal est verum', 'deum esse est necessarium', 'omnem hominem esse animal est per se primo modo', quia omnis per se[43] praesupponit veritatem sive sit in primo modo sive in secundo modo.

61. Ideo aliter ad argumentum dicitur, quod praedicta regula[44] intellegi debet de propositionibus de inesse terminis supponentibus[45] significative, quia si aliter sumerentur, non oportet consequentiam valere, nam non sequitur 'risibile est propria passio hominis, ergo homo est propria passio hominis'. /f.119vb/

62. Alia regula: ab interpretatione nominis distributa[46] ad interpretatum distributum valet consequentia.[47] Verbi gratia: 'omnis amator sapientiae est homo, igitur omnis philosophus est homo'. Et si dicatur quod[48] laicus potest amare sapientiam, et tamen non est philosophus, dico quod philosophus capitur dupliciter: uno modo qui philosophice et sapienter vivit, et isto modo purus laicus potest vocari philosophus, capiendo laicum pro illo, qui non habet scientiam artificialiter acquisitam; et illo modo[49] intellegitur regula. Alio modo dicitur philosophus qui ultra illud quod dictum est includit perfectionem scientiae artificialiter acquisitae. Primo modo[50] intellegitur regula.

63. Alia regula: a descriptione distributa ad descriptum distributum est bona consequentia,[51] sicut sequitur 'omne animal[52] gressibile bipes

scita L. 44. praedicta regula: propositio V. 45. sumptis L.
46. distributi L. 47. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c. 2,54-56.
48. purus *add.* L. 49. non *add.* V. 50. Primo modo: et sic non L.
51. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.2,50-53. 52. *om.* V. 53. est V.
54. est V. 55. Contra-nos: *om.* L. 56. definitio V, *defecit* L.

currit,[53] ergo omnis homo currit[54]'. Et regula est intellegenda ut prius, quando termini supponunt significative.

64. Contra:[55] 'omne animal irrationale currit, ergo omnis asinus currit'. Hic arguitur ut docet, tamen consequentia non valet, quia posito quod omnia animalia irrationalia currant praeter asinum <antecedens est verum, et consequens falsum.>

65. Hic dico quod illa descriptio[56] non est propria ipsi asino, quia irrationale est tamquam differentia subalterna, nam specificae differentiae latent nos.[55]

66. Alia regula: a definitione distributa ad definitum distributum est bona consequentia,[57] et e converso; sicut sequitur 'omne animal rationale mortale currit, ergo omnis homo currit' et e converso.[57]

67. Alia regula: arguendo[58] a differentia superioris distributa ad inferius distributum valet consequentia, sicut 'omne sensibile currit, ergo omnis homo currit'.[59]

68. Contra:[60] 'omnis differentia est, ergo omnis homo est', consequentia non valet, tamen arguitur etc.

69. Respondetur quod regula intellegitur de differentia ut capitur pro terminis primae intentionis, stante personaliter, qualiter non est in proposito.[60]

70. Ultima regula[61] illius capituli: a convertibili cum superiori distributo ad inferius distributum valet consequentia, sicut 'omne vigilans vel dormiens currit, ergo omnis homo currit'.[62]

71. Et omnes istae regulae sunt intellegendae terminis significative supponentibus, et de superiori et inferiori per se et non per accidens.

72. Ex quo patet quod ista non valet 'omnis homo currit, ergo quicquid est Sortes currit', quia Sortes est inferius per accidens ad hoc superius quod est homo; et similiter[63] omne proprium nomen alicuius[64] corruptibilis vel materialis et corruptibilis[65] est inferius per accidens.[66]

73. Ad[67] sciendum aliquid esse inferius per se vel per accidens est notandum quod omnis propositio in qua inferius per se[68] praedicatur de superiori particulariter vel indefinite est necessaria; simul cum hoc[69] illud inferius non connotat aliquod extrinsecum essentiae sui[70] superioris. Unde omnes istae propositiones sunt necessariae 'animal est homo', 'corpus est

57. consequentia-conversio: *om.* V, *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.2,47-49. 58. *lectio dubia* V, est ista L. 59. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.2, 122-124. 60. Contra-propositio: *om.* L. 61. *om.* V. 62. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.2, 125-128. 63. et similiter: cum L. 64. *om.* V. 65. vel-corruptibilis: *om.* L. 66. ad illud sub quo continetur *add.* L. 67. *om.* V. 68. per se: *s.l.* L, *om.* V. 69. simul-hoc: et tamen V. 70. extrinsecum-sui: quod est extra essentiam significati L. 71. et ma-

animal' et sic de aliis consimilibus;[71] sed ista est contingens 'homo est Sortes', quia Sortes est inferius per accidens ad hoc quod est homo.

C.II.

74. Secundum capitulum huius tractatus continet regulas quibus sequitur universalis affirmativa ad universalem affirmativam, non respectu cuiuscumque praedicati sed respectu illius praedicati 'est'. Quod sic accidit[1] /f.120ra/ in omnibus illis quae simul sunt natura: ab uno illorum distributo ad reliquum illorum distributum est bona consequentia,[2] ut 'omnis dominus est, ergo omnis servus est'. Quid autem est 'esse simul natura' expositum est prius.[3]

75. Dicimus tamen in aliquibus propositionibus ubi hoc verbum 'est' praedicatur tertium[4] adiacens non oportet consequentiam valere, sicut non sequitur 'omnis pater est albus, igitur omnis filius est albus'. Item 'omne duplum est pedale, igitur omne dimiduum est pedale'. Sed[5] tamen consequentia valet respectu huius praedicati 'est', hoc est gratia materiae et non gratia formae, et hoc si 'est' praedicatur secundum adiacens.[5]

76. Alia regula: a nomine totius distributo ad nomen partis distributum est bona consequentia, sicut 'omnis domus est, ergo omnis paries est'. Et[6] respectu aliorum praedicatorum [secundum adiacens][6] non oportet consequentiam valere, nisi gratia materiae, sicut non sequitur 'omnis domus componitur ex tecto et fundamento, igitur omnis paries' etc.[7] Tamen bene sequitur 'omnis aqua est liquida, igitur omnis pars aquae est liquida', item 'omnis ignis est calidus, igitur omnis pars' etc., sed hoc est tantum gratia materiae.

77. Sed circa[8] illam regulam dicit Ockham distinguendo[9] de parte, quia quaedam est pars[10] sine qua totum non potest esse, sicut homo non potest esse sine capite et corde, et quaedam est pars sine qua totum potest esse, ut homo sine manu. Ergo a nomine totius distributo[11] ad nomen partis distributum sine qua totum non potest esse est bona consequentia, sicut bene[12] sequitur 'omnis homo est, ergo omne cor est' vel 'omnis anima intellectiva est'. Sed a nomine totius distributo ad nomen partis distributum sine qua totum potest esse non valet consequentia, sicut[12] non sequitur 'omnis homo

xime 'homo est animal', 'animal est corpus' V.

1. incipit L. 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.3,7-9. 3. *Non autem in nostro tractatu.* 4. secundum V. 5. Sed-adiacens: si autem inveniatur aliquam consequentiam valere respectu alicuius praedicati tertii adiacentis, hoc non est gratia formae, sed tantum gratia materiae L. 6. Et-adiacens: respectu autem praedicati tertii adiacentis L. 7. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.3,24-29. 8. contra V. 9. *om.* V; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.3,36-43. 10. quia-pars: *om.* V. 11. *om.* V. 12. bene-sicut: *om.* V.

est, ergo omnis manus est', quia posito quod nullus homo habeat manus[13] consequentia non valet.

78. Sed contra illud arguitur quod non videtur valere, quia nulla est pars sine qua totum cuius est pars possit esse. Ergo distinctio nulla, quia alterum membrorum pro nulla re potest verificari. Consequentia est plana. Antecedens probatur, quia si esset aliqua pars sine qua totum cuius est pars posset esse vocetur talis pars 'a'; tunc illud totum cuius 'a' est pars componitur ex 'a' et reliqua eius parte, quae tota reliqua pars vocatur 'b'. Tunc[14] corrupta 'a' parte tantummodo illius totius manet 'b'.[14] Si ergo illud totum quod fuit compositum ex 'a' et 'b' adhuc maneat, sequitur quod totum illud est 'b', et per consequens totum est aliqua eius pars. Sed hoc consequens est impossibile, quia est contra primum principium; ergo illud ex quo sequitur, scilicet quod totum compositum ex 'a' et 'b' potest esse sine 'a'. Et eadem ratione nec aliquod aliud totum potest esse sine sua parte.

79. Item: secundum viam Aristotelis nullum significatum alicuius speciei potest ex toto corrumpi, hoc est nulla est species quae simpliciter nullum significatum habeat, quia species sunt aeternae, ut patet VII. Metaphysicae.[15] Sed manus est species una. Ergo illa propositio est necessaria 'manus est'. Ergo haec est impossibilis 'nulla manus est'.

80. Item: vel 'manus' est nomen partis vel non est nomen partis. Si sit nomen partis, ergo manus est, et per consequens secundum eum ibi est consequentia[16] ut nunc. Si manus non sit, ergo 'manus' non est nomen partis, et per consequens[17] non /f. 120rb/ arguitur a nomine totius ad nomen partis, et sic instantia non valet. Sed quicquid est[18] de istis duabus rationibus, prima ratio necessario concludit.

81. Ultima regula: si concretum praedicetur universaliter de concreto, et abstractum praedicatur universaliter de abstracto:[19] sicut 'omne album est coloratum, ergo omnis albedo est color'. Ista consequentia quamvis non sit tantummodo[20] respectu huius praedicati 'est', tamen non est respectu cuiuscumque alterius praedicati.

82. Contra: sequitur quod talis valeret 'omne album est dulce, ergo omnis albedo est dulcedo'. Consequens est impossibile, ergo[21] - quia po-

---

13. manum L. 14. Tunc-'b': *om.* V. 15. *Cf. Arist. Met.* VII,8,1033b 5sq; VIII,3,1043b 16sq. 16. saltem *add.* L. 17. nomen(?) *add.* V. 18. sit L. 19. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.3,55-56. 20. *om.* V. 21. et antecedens est possibile L. 22. nullum V. 23. et-falsum: *om.* V. 24. *Cf.*

sito quod nihil[22] sit album nisi lac dulce, tunc antecedens est verum et consequens falsum[23] - et per consequens regula non valet.

83. Item: sequitur istam valere 'omnis homo est animal, ergo omnis humanitas est animalitas', 'omne album est quantum, ergo omnis albedo est quantitas', et sic de aliis multis.

84. Respondetur ad primum quod regula est intellegenda quando concreta ordinantur secundum superius et inferius,[24] tunc semper valet consequentia secundum istam regulam. Unde quia[25] ista duo concreta 'album' et 'dulce' non ordinantur secundum superius et inferius, ideo non valet consequentia.

85. Ad secundam dicitur concedendo conclusionem, scilicet quod omnis humanitas sit animalitas, quia secundum intentionem Aristotelis animal nihil addit super hominem, et 'homo' non[26] sit nomen partis, scilicet animae intellectivae.[27] Et ultra concedo quod albedo est quantitas.

86. Plures etiam sunt regulae quae dicuntur ad illud capitulum pertinere[28], quae infra locum obtinebunt aptiorem, et ideo ad praesens omittuntur.

C.III.

87. Capitulum tertium continens regulas quibus universalis negativa infertur[1] ex universali negativa respectu[2] cuiuscumque praedicati.

Prima: a superiori distributo negative[3] ad inferius distributum negative[4] valet consequentia, ut 'nullum animal currit, ergo nullus homo currit'.[5]

88. Contra: sequitur quod ista valeret 'nullum animal est ens per accidens, ergo nullum animal album[5a] est ens per accidens',[6] quod est falsum, VI. Metaphysicae.[7]

89. Similiter sequitur 'nullus homo est ens deminutum, ergo nullus homo intellectus est ens deminutum.'[8]

90. Ad primum dicitur concedendo consequens,[9] quod nullum animal album est ens per accidens,[10] quia sicut animal est ens per se sic animal album est ens per se. Et si dicatur 'omne album est ens per se;[11] aliquod album est animal album; ergo aliquod animal album est ens per se',[12] consequens

---

Guill. Ockham, SL III-3,c.3,58-59. 25. Unde quia: nam V. 26. et-non: nisi humanitas L. 27. et tunc non est abstractum illius concreti 'homo' *add.* L. 28. valere V.
1. convertitur V. 2. ratione V. 3. *om.* L. 4. *om.* L. 5. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.4,9-11. 5a. nullum-album: nullus homo albus V.
6. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.4,13-14. 7. quod-Metaphysicae: et L; *Arist. Met.* VI,2, 1026b 36-37. 8. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.4, 14-16. 9 consequentiam V. 10 se V. 11. accidens V.
12. accidens V. 13 et L. 14. *Arist. Met.* V,7, 1017a 8-22; VII,6,

falsum, et non minor, ergo maior. Igitur.[13] Discursus patet, quia in Darii. Falsitas consequentis patet in V. et VII. Metaphysicae, ubi vult quod omne aggregatum est ens per accidens.[14] Ad illud dicitur distinguendo de isto termino 'album', quia si li album supponit pro subiecto cui inest albedo,[15] in isto sensu conceduntur omnes tales propositiones 'homo est albus', 'animal est album', quia clarum est quod si 'album' staret pro albedine[16] vel pro composito ex albedine et subiecto, praedictae propositiones erunt[17] falsae, quia animal non est albedo[18] nec compositum ex albedine et subiecto albedinis. Alio modo sumitur 'album' tantum pro forma albedinis, et sic verificatur ista propositio Aristotelis in Praedicamentis: "album /f.120va/ nihil significat nisi qualitatem".[19] Tertio modo sumitur 'album' prout sumitur pro aggregato ex subiecto et forma. Et sic verificantur tales propositiones 'album est ens per accidens' et 'album non est in aliquo genere per se'.

91. Ad secundum dicit Ockham concedendo simpliciter consequentiam, sed negando antecedens.[20] Verumtamen propter diversitatem auctorum consequens est distinguendum, eo quod iste terminus 'homo intellectus'[21] potest supponere pro homine extra qui intellegitur, et sic consequentia est bona, et antecedens est falsum et consequens similiter. Idem[22] potest supponere pro actu intellegendi quo homo intellegitur, et sic consequentia non valet, quia non sequitur 'nullum animal est ens deminutum, ergo nullus homo intellectus est ens deminutum', praecipue accipiendo ens deminutum pro eo quod non[23] naturaliter existit extra animam.

92. Alia regula; a definitione distributa ad definitum distributum et a descriptione ad descriptum; item[24] a nominis interpretatione distributa[25] ad interpretatum distributum; item,[26] a convertibili ad convertibile sunt consequentiae negativae.[27] Et exempla horum patent. Et regulae sunt ingellegendae terminis personaliter supponentibus, ut licuit in capitulo primo.[28]

93. Alia regula est ista: ab universali negatione[29] concreti de concreto sequitur negatio[30] universalis abstracti de abstracto.[31] Et ista regula est generalis tam in terminis substantialibus quam accidentalibus,

---

1o31a 20-28. 15. *om.* V. 16. forma albedinis L. 17. essent L. 18. forma albedinis L. 19. *Arist. Cat.* 5, 3b 19. 20. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.4,9-16; *antecedens tamen ibi non negat Ockham.* 21. *om.* V. 22. ut L. 23. *om.* L. 24. et L. 25. nominis-distributa: nomine interpretationis distributo V. 26. et L. 27. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.4,17-23. 28. §§ 62,63,70,71. 29. negativa V. 30 negativa V. 31. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.5,13-14. 32 separatis V. 33. et

in concretis et abstractis secundum superius et inferius ordinatis, et in concretis et in abstractis disparatis.[32] Unde optime sequitur 'nullus homo est asinus, ergo nulla humanitas est asinitas'. Item sequitur 'nullum album est dulce, igitur nulla albedo est dulcedo'.

94. Aliae sunt regulae pertinentes ad illud capitulum in quibus infertur universalis ex universali non respectu cuiuscumque praedicati, quarum prima talis est: a negatione unius relativi ad alterius relativi negationem valet consequentia respectu huius verbi 'est', ut 'nullus pater est, ergo nullus filius est'.[33] Sed[34] intellegitur regula de illis quae dicuntur ad convertentiam. Sed tamen respectu illius verbi 'est' aliquando non valet, sicut non sequitur 'nullus pater est albus, ergo nullus filius' etc.

95. Alia regula: a negatione nominis partis ad negationem nominis totius valet consequentia, sicut sequitur 'nulla anima intellectiva est, ergo nullus homo est'.[35]

96. Et distinguit Ockham de parte, sicut prius,[36] quod omnimode[37] reprobandum est, ut prius reprobatum est.

97. Potest tamen universaliter[38] teneri, quod illa consequentia non valet 'nulla manus est, ergo nullus homo est', quia posito quamlibet manum non esse,[39] tunc antecedens est verum et consequens falsum, et tamen adhuc[40] quod illa propositio sit impossibilis quod aliqua pars sit sine qua totum cuius est pars potest esse.

98. Alia regula: ab universali negatione[41] prioris ad universalem negationem[42] posterioris est bona consequentia, sicut 'nulla substantia est, ergo nullum accidens est'.[43]

99. Hic dicit Ockham quod illa consequentia est ut nunc et non simpliciter.[44] Sed hoc est impossibile, quia nulla est talis consequentia ut nunc. Ergo ista consequentia non est bona ut nunc. Antecedens ex praedictis patet,[45] consequentia de se.

100. Praeterea: omnis consequentia quae simpliciter est bona, /f.120 vb/ quando est, est simpliciter bona. Ista est huiusmodi. Maior est ab eodem Ockham.[46] Minor patet, nam si nulla substantia sit[47], prima causa

---

e converso *add.* L; *cf. Guill. Ockham,SL* III-3,c.5,5-7. 34. et L.
35. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.5,8-11. 36. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.5,12 (*cf.* III-3,c.3,36-43). 37. eodem modo L. 38. vere simpliciter L.
39. quamlibet-esse: quod quilibet homo sit sine manu L. 40. et tamen adhuc: sed cum hoc stat L. 41 negativa V. 42. negativam V.
43. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.5,19-21. 44. *Guill.Ockham,SL* III-3, c.5,21-23. 45. §§ 5-6. 46. *Locum non inveni.* 47. est V.

non est, et si[48] prima causa non sit, nihil est, et si[48] nihil est, nihil[49] est accidens. Ergo de primo ad ultimum: 'si nulla substantia est, nullum accidens est'.

101. Item:[50] aliqui volentes illam consequentiam salvare[51] dicunt 'nulla substantia creata est, ergo nullum accidens est', quia ista consequentia est ut nunc et non simpliciter, eo quod per potentiam divinam potest esse aliquod accidens omni substantia creata corrupta.[52] Sed illud est magis theologicum quam philosophicum. Quapropter corrigatur ista regula aliter: a negatione prioris ad negationem posterioris non valentis[53] existere sine isto pro omni[54] valet consequentia. Sed hoc respectu huius praedicati 'est'. Sed[55] respectu aliorum praedicatorum non oportet consequentiam valere, quia[56] non sequitur 'nulla substantia inhaeret subiecto, ergo nullum accidens inhaeret subiecto'.

102. Alia regula est: a negatione universali subiecti ad negationem universalem denominantis subiectum est bona consequentia, sicut sequitur 'nullum subiectum est, ergo nullum album est'.[57]

C.IV.

103. Capitulum quartum continet regulas quibus infertur indefinita, particularis vel singularis ex indefinita, particulari vel singulari.

Prima: a definitione ad definitum est bona consequentia. Exemplum: 'animal rationale mortale est, ergo homo est' et e converso. Et est regula intellegenda terminis uniformiter[1] supponentibus. Et ad illam regulam reducitur consequentia sive regula a descriptione ad descriptum et a nominis interpretatione ad nomen interpretatum, et ab uno convertibili ad reliquum, quae omnes tenent terminis supponentibus significative et personaliter.[2]

104. Alia regula principalis: ab inferiori ad superius affirmative[3] sine distributione est bona consequentia,[4] ut 'homo est, ergo animal est'.[5]

105. Contra regulam: si regula esset vera, sequitur quod omnes istae consequentiae essent bonae: 'homo albus est ens per accidens, ergo homo est ens per accidens', similiter 'homo intellectus fuit ab aeterno, ergo homo fuit ab aeterno', 'lapis intellectus est idem realiter[6] cum prima

---

48. si-si: *om.* V. 49. nullum L. 50. ideo L. 51. consequentiam salvare: regulam corrigere L. 52. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.5,21-23. 53. posterioris-valentis: posteriorum non valentium L, non valentis V. 54 pro omni: *om.* L. 55. quia L. 56. sicut L. 57. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.5,26-28; nullus pater est, ergo nullus filius est *add.* V. 1. personaliter L (*in mutatione*). 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.6, 14-21. 3. *om.* V. 4. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.6, 22-23. 5. ut-est: *om.* L. 6. *om.* V. 7. *om.* V. 8. *om.* V. 9. isto L.

causa, ergo lapis est idem realiter cum prima causa', quia in omnibus istis arguitur affirmative[7] sine distributione ab inferiori ad superius, et tamen consequentia non valet, quia antecedentia possunt esse vera et[8] consequentia falsa.

106. Praeterea: si regula esset vera, sequitur quod talis consequentia esset bona 'Sortes differt ab aliquo[9] homine, igitur Sortes differt ab homine'; et ultra sequitur 'ergo Sortes differt a Sorte', quod est impossibile.

107. Respondetur ad primum simpliciter concedendo omnes istas consequentias secundum Ockham, sed sicut secundum[10] eum consequentia sunt impossibilia, et[11] antecedentia.[12] Unde sicut haec est falsa 'homo fuit ab aeterno', sic haec est falsa 'homo intellectus fuit ab aeterno'. Et similiter 'lapis intellectus est idem realiter cum prima causa' et 'homo albus est ens per accidens'.

108. Quamvis ista bene dicta sint, tamen securius et probabilius propter diversa dicta auctorum[13] potest dici distinguendo antecedentia praedictarum consequentiarum. Unde quando dicitur 'homo albus est ens per accidens',[14] /f.121ra/ distinguendum est[15] de isto termino 'homo albus', eo quod potest accipi pro composito ex albedine et homine, et sic consequentia non valet, quia medium per quod deberet[16] tenere est impossibile, scilicet illud 'homo albus est homo', quia clarum est quod compositio ex albo et homine non est homo, quia[17] sic totum esset pars et aggregatum esset ens simplex, accipiendo ens simplex pro privatione compositionis[18] ex substantia et accidente. Alio modo accipitur 'homo[19] albus' tantummodo pro homine cui inest albedo sufficiens ad denominationem subiecti.[20] Et sic praedicta consequentia est bona et antecedens falsum. Sic ergo patet qualiter est fallacia aequivocationis in praedicta consequentia: primo modo accipiendo 'hominem[21] album' non arguitur ab inferiori ad superius, sed secundo modo.

109. Consimiliter est dicendum de ista propositione 'homo intellectus fuit ab aeterno', eo quod ille terminus 'homo intellectus'[22] potest accipi pro re[23] extra animam composita ex anima intellectiva et corpore. Et sic est propositio falsa, quia nullus homo intellectus, theologice loquendo, fuit ab aeterno, et tamen consequentia est bona, et arguitur ab inferiori

---

10. sed-secundum: *om.* V. 11. ita est L. 12. *Guill. Ockham*, *SL* III-3, c.6,31-45. 13. antiquorum L. 14. similiter homo est ens per accidens *add.* V. 15. distinguendum est: distinguendo V. 16. debetur V. 17. et V. 18. pro-compositionis: per privationem compositam V. 19. *om.* V. 20. *om.* V. 21. *om.* V. 22. *om.* V. 23. se V.

ad superius. Alio modo accipitur iste terminus 'homo intellectus' pro actu intellegendi quo actu homo fuisset ab aeterno intellectus, si homo ab aeterno fuisset. Et isto modo homo[23a] intellectus fuit ab aeterno, [vel saltem ab aeterno fuit,] quia isto modo homo intellectus est prima causa. Et consimiliter dicendum est de lapide intellecto.

110. Et si dicatur[23a] 'homo intellectus fuit ab aeterno, ergo homo fuit intellectus ab aeterno, ergo intellectio hominis fuit ab aeterno, ergo[23b] homo fuit ab aeterno[23b] - quod[23c] autem haec consequentia sit bona 'intellectio hominis fuit ab aeterno, ergo homo fuit ab aeterno'[23c] probatur, nam sequitur 'intellectio hominis[23d] fuit ab aeterno, ergo intellectum tali intellectione fuit ab aeterno', quia intellectum et intellectio sunt relativa, et per consequens posita se ponunt etc.

111. Ad illud dicitur distinguendo illam propositionem 'intellectio hominis fuit ab aeterno' secundum amphiboliam, eo quod potest accipi in proposito[24] sub isto sensu quem termini generaliter faciunt sicut sonant.[24] Et sic secundum quod est argutum propositio est falsa, quia sicut[25] sequitur 'pater fuit ab aeterno, ergo filius fuit ab aeterno', ita[26] sequitur 'intellectio huius intellecti fuit ab aeterno,[26] ergo hoc intellectum[27] fuit ab aeterno', praecipue si haec fuit vera 'hoc intellectum[28] intellegitur'. Alius sensus improprius est iste 'homo intellectus[29] fuit ab aeterno, vel prima causa intellexit hominem ab aeterno, ergo li[30] prima causa fuit ab aeterno intellectio hominis, quae intellectio hominis fuisset ab aeterno, si homo fuisset ab aeterno'. Et illud videtur esse de mente Aristotelis, II. Peri hermeneias, ubi negat illam 'Homerus est aliquid ut[31] poeta, ergo Homerus est', 'Sortes est opinabilis, igitur Sortes est'.[32] Sed intellectus Aristotelis diffusius patet in expositione eiusdem.[33]

112. Ex istis patet qualiter ista propositio est intellegenda 'lapis intellectus est idem realiter cum deo', quia si lapis intellectus accipitur pro intellectione lapidis, sic est propositio vera, quia deus qui est intellectio lapidis est idem realiter cum deo. Sed si accipitur pro aliquo ex parte rei corporeae, sic est impossibilis.

Consimiliter est dicendum de aliis quae in similibus propositionibus inveniuntur.

23a. homo-dicatur: *om.* V; *post* dicatur: si haec est vera *add.* L.
23b. ergo-aeterno: *om.* L. 23c. quod-aeterno: *om.* V. 23d. *om.* V.
24. proposito-sonant: sensu proprio quem verba de virtute sermonis grammaticaliter faciunt L. 25. sic V. 26. ita-aeterno: *om.* V.
27. hoc intellectum: illud medium V. 28. hoc intellectum: homo intellectus V. 29. homo intellectus: intellectio hominis L. 30. ergo li: hoc est L. 31. aliquid ut: aliquis V. 32. *Arist.De int.* 11,21a 25-33.
33.textus *add.*L. 34. ibi *add.* L aequivalet-negationi: est verbum in-

113. Ad aliud dicitur quod[34] non arguitur ab inferiori /f.121rb/ ad superius affirmative, quia hoc verbum 'differt' aequivalet semper uni negationi[35]; unde tantum est dictum 'Sortes differt a Platone' sicut[36] 'Sortes est, et Sortes[37] non est Plato'. Et[38] ideo sicut ista consequentia non valet 'Sortes est, et Sortes non est Plato, ergo Sortes non est homo', nec etiam ista[38] 'Sortes differt a Platone, ergo Sortes[39] differt ab homine'.

114. Alia regula: ab inferiori ad superius negatione postposita est bona consequentia,[40] sicut sequitur 'homo non currit, ergo animal non currit'.

115. Contra: si sic, sequitur 'homo albus non currit, ergo homo non currit'; verumtamen posito quod nullus homo sit albus et quod omnis homo currit, quod satis est possibile, tunc antecedens est verum, consequens falsum.

116. Respondetur quod regula tenet quando medium, [consequens] gratia cuius[41] tenet, est propositio necessaria et non contingens. Nam haec propositio 'homo est animal' est simpliciter[42] necessaria, ergo haec consequentia valet,[43] cuius talis propositio est medium: 'homo non currit, ergo animal non currit'.[44] Et quia haec propositio 'Sortes est homo' est propositio contingens, consequentia tenens per hanc propositionem tamquam per medium, scilicet haec 'Sortes non currit, ergo homo non currit', non valet, quia posito quod Sortes non sit et homo currit,[45] antecedens est verum, consequens falsum. Similiter est dicendum de ista consequentia 'homo albus non currit, ergo homo non currit', eo quod 'homo albus est homo'[46], quod est medium, est propositio contingens.

117. Et ponitur specialiter in ista "negatione postposita", quia si negatio praeponatur subiecto, sive sit negatio negans sive infinitans, consequentia non valet, quia non sequitur 'non homo currit, ergo non animal currit', quia posito quod solummodo homo non currat et alia animalia currant, tunc antecedens est verum et consequens falusm. Similiter non sequitur 'non homo currit, ergo non animal currit' non[47] plus quam sequitur 'nullus homo currit, ergo nullum animal currit'.

118. Alia regula est: ab aliquo sumpto cum determinatione ad ipsum sumptum sine determinatione est bona consequentia, sicut sequitur[48] 'homo albus currit, ergo homo currit'.[49]

cludens negationem L. 36. *om.* V. 37. *om.* V. 38. Et-ista: ista per logicam non sequitur V. 39. *om.* V. 40. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 24-25. 41. consequens-cuius: per quod L. 42. *om.* L. 43. est necessaria L. 44. quia haec propositio est simpliciter necessaria *add.* V. 45. currat L. 46. est homo: *om.* V. 47. *om.* L 48. sicut sequitur: *om.* V. 49. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.6,59-61.

119. Contra praedictam[50] arguitur: si esset bona, sequitur quod istae consequentiae essent bonae 'Sortes est homo mortuus, igitur Sortes est homo', 'Sortes est albus secundum dentes, igitur est albus', item 'Sortes est albus monachus, igitur est albus', item 'Sortes est tuus pater, igitur est tuus'. Hic possunt etiam adduci[51] omnes istae consequentiae vel instantiae prius factae contra regulam qua dicitur: quando arguitur ab inferiori ad superius,[52] scilicet[53] quod tales consequentiae sunt bonae[54] 'lapis realiter est intellectus, ergo lapis realiter est'.

120. Pro omnibus istis est sciendum[55] quod quando accipitur aliquod aggregatum ex determinabili et determinante[56], videndum est an quaelibet pars talis aggregati necessario praedicetur de quibuscumque[57] praedicatur hoc aggregatum vel altera illius pars tantum vel neutra.[58] Sed[59] si utraque pars verificetur de[60] tali aggregato, tunc[61] ad quamlibet eius /f.121va/ partem est bona consequentia, sicut de quocumque praedicatur hoc aggregatum 'homo albus', de eodem praedicatur 'homo' et similiter 'albus'.[62] Ergo bene sequitur 'Sortes est homo albus, ergo Sortes est homo'. Similiter sequitur 'Sortes est homo albus, igitur Sortes est albus'. Sed si altera pars tantum verificatur, tunc a tali aggregato ad illam partem ad quam sequitur verificatio est bona consequentia. Ergo sequitur 'Sortes est homo mortuus, ergo Sortes est mortuus', eo quod de nullo potest verificari hoc totum[63] 'homo mortuus' nisi de eo[64] verificetur haec pars 'mortuus', si fiat talis praedicatio. Sed quia non est necessarium hanc partem 'homo' de eodem verificari, ergo haec consequentia non valet 'Sortes est homo mortuus, ergo Sortes est homo'.

121. Contra illud arguitur 'homo mortuus est mortuus, ergo homo est mortuus'. Consequentia patet ex[65] dictis. Et ultra 'ergo mortuum[66] est homo' per conversionem simplicem, quia particularis affirmativa convertitur simpliciter. Tunc sic: 'quicquid est hoc mortuum[67] est homo - demonstrando hominem[68] mortuum -, sed homo mortuus est hoc mortuum,[69] ergo homo mortuus est homo'.[70] Praemissae patent ex praedictis.

122. Ad illud dicitur hanc propositionem distinguendo 'homo est mortuus', eo quod iste terminus 'homo' potest supponere pro suo significato

---

50. istam regulam L. 51. reduci V. 52. affirmative *add.* L; *cf.* § 105sq. 53. sed V. 54. patet similiter hic, sequitur *add.* V. 55. dicendum V. 56. determinato V. 57. quocumque L. 58. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 62-100. 59. *om.* L. 60. tunc a L. 61. *om.* L. 62. divisim(?) *add.* V. 63. aggregatum *add.* L. 64. eodem L. 65. iam *add.* L. 66. mortuus V. 67. quicquid-mortuum: aliquis homo mortuus V. 68. *om.* V. 69. hoc mortuum: homo mortuus V. 70. discursus patet ex praedictis et *add.* L. 71. quia ut V. 72. cui ex consequenti et alio

principali, scilicet pro composito ex corpore et anima intellectiva, et[71] sic haec propositio est impossibilis 'homo est mortuus'. Alio modo potest sumi pro secundario suo significato,[72] scilicet pro illo corpore a quo separata est anima intellectiva, et sic haec est vera 'homo[73] est mortuus' et similiter ista[73] 'homo mortuus est homo', aequivoce, sicut[74] haec est vera secundum Aristotelem 'erutus[75] oculus est oculus', in eodem sensu haec est vera 'homo est mortuus',[76] id est 'tale corpus est mortuum', quod non est aliud nisi ipsum carere anima intellectiva quam prius habuit. Et in eodem sensu sunt tales propositiones verae 'hic est talis homo sepultus', id est 'hoc est sepulchrum illius hominis' et sic de aliis, quia clarum est quod nihil est ibi sepultum nisi tale corpus.

123. Si autem neutra pars verificatur de isto de quo verificatur totum aggregatum vel saltem si[77] non oporteat aliquam[78] partem de isto verificari, tunc ad nullam partem illius aggregati est bona consequentia. Ideo non sequitur 'Sortes est albus secundum dentes, ergo Sortes est albus'.[79] Per hoc patet responsio ad argumentum. Igitur etc.

124. Alia regula: a propositione sumpta cum adverbio determinante compositionem ad ipsam sumptam[80] simpliciter est bona consequentia,[81] ut 'Sortes currit velociter, ergo Sortes currit', 'Sortes comedit bene, ergo Sortes comedit', 'Sortes forte veniet, ergo Sortes veniet'. Verumtamen ista propositio est distinguenda 'Sortes forte veniet', eo quod potest accipi in sensu proprio vel in sensu improprio. Si accipitur sicut verba sonant, sic est consequentia bona. Et est sensus 'Sortes forte veniet', id est 'Sortes contingenter veniet'.[82] Si autem sumitur improprie, tunc consequentia non valet, quia sensus est 'Sortes forte veniet' id est 'Sortes potest venire', et ad eam sequitur una /f.121vb/ negativa, scilicet 'Sortes potest[83] non venire'.

125. Ex isto sequitur quod talis consequentia est bona 'natura specifica est realiter differentia individualis, ergo natura specifica est differentia individualis'; item:[84] 'genus est idem realiter cum Sorte, ergo genus est idem cum Sorte'; 'pars est essentialtier totum, ergo pars est totum'. Ex quo patet error illorum qui concedunt antecedentia et negant consequentia.[85]

---

conceptu imponitur ad significandum *add.* L. 73. homo-ista: *om.* V. 74. sed V. 75. eversus(?) V; *fortasse* eburneus *scribendum?* 76. *Arist. Meteor.* IV,12, 390a 10-14; *cf. Auctoritates Aristotelis (ed. Hamesse)*, no. 5,26. 77. quod V. 78. alteram V. 79. vel 'ergo Sortes est secundum dentes' *add.* L. 80. *om.* L. 81. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 101-104. 82. et non necessario *add.* L. 83. potest non: non potest V. 84. *om.* L. 85. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 125-132.

126. Alia regula: a propositione sumpta cum reduplicatione ad ipsam simpliciter affirmative[86] est bona consequentia, sicut 'Sortes in quantum homo est animal, igitur Sortes est animal', 'Sortes[87] in quantum albus differt ab homine, ergo Sortes differt ab homine'.[88] Et per consequens respondent male qui concedunt antecedens et negant consequens.[87]

127. Ex qua sequitur alia:[89] a propositione sumpta cum praepositione et suo casuali ad ipsam sumptam simpliciter est bona consequentia.[90] Ex quo patet quod omnes tales consequentiae sunt bonae 'materia de se caret forma, ergo materia caret forma', 'omnis homo per se est animal, ergo omnis homo est animal', 'homo et humanitas differunt secundum rationem, ergo homo et humanitas differunt'[91] et sic de aliis. Et per consequens illi errant negantes consequentia et concedentes antecedentia.

128. Contra: sequitur quod talis consequentia esset bona 'vellem esse in luto cum centum marchis, ergo vellem esse in luto'.[92] Item 'Sortes vellet mori cum[93] beatitudine, ergo Sortes vellet mori'. Consequens[94] falsum. Falsitas patet de se, quia clarum est quod praedictae consequentiae non valent.

129. Item: ex regula sequitur quod ens per accidens esset ens per se, nam quicquid est ens[95] cum aliquo addito est ens per se, sed[96] ens per accidens est ens cum aliquo addito,[96] ergo ens per accidens est ens per se. Et per consequens haec est per se 'homo albus est ens' vel 'homo albus est animal', quod satis patet esse falsum per Aristotelem I. Posteriorum,[98] quia ibi nec praedicatur propria[97] passio nec definitio nec pars definitionis.

130. Ad primum est dicendum quod regula est intellegenda respectu cuiuscumque verbi non connotantis actum sive voluntatem animae, unde quia[99] in praedictis consequentiis verbum significat voluntatem,[100] ergo non valent. Et est ratio quia in formalissima consequentia 'vellet'[101] posset esse tale in antecedenti quale non est in consequente.[101] Et ideo quamvis ista consequentia sit bona 'Sortes est in luto cum centum marchis, ergo

86. affirmativam V. 87. Sortes-consequens: *om.* L. 88. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 122-124. 89. Ex-alia: alia regula est ista L. 90. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 105-107. 91. 'album per accidens non est idem homini, ergo album non est idem homini' *add.* L. 92. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6,135-139. 93. pro L. 94. est *add.* L. 95. *om.* V. 96. sed-addito: homo albus est ens cum aliquo addito, ergo homo albus est ens per se, et quod homo albus est ens cum aliquo addito patet, quia homo albus est per accidens, et ultra L. 97. *om.* V. 98. *Arist. Anal. post.* I,4, 73a 35-73b 24. 99. nam V. 100. actum voluntatis L. 101. vellet-consequente: voluntas potest sic velle esse, sicut significatur per antecedens, quamvis non vellet sic esse sicut significatur per consequens L. 102. ergo-luto: *om.* V. 103. *om.* V.

Sortes est in luto',[102] tamen illa non est bona 'Sortes[103] vellet esse in luto cum centum marchis, ergo Sortes[104] vellet esse in luto', quia totum illud simul sumptum est obiectum voluntatis, scilicet 'esse in luto cum centum marchis', et non pars ipsius. Et similiter est dicendum ad alia, scilicet 'Sortes vellet mori cum[105] beatitudine, ergo'.[106]

131. Ad secundum dicitur negando hanc propositionem 'ens per accidens est ens per se'. Et ulterius negatur 'quicquid est ens[107] cum aliquo addito est ens per se'. Et ulterius conceditur 'homo albus est ens per se', si li albus capitur pro subiecto cui inest albedo, vel[108] 'homo albus est animal[109] per se'. Et ulterius /f.122ra/ negatur ista consequentia 'ergo haec est per se "homo albus est animal"',[110] quia ad veritatem illius 'homo albus est animal per se'[111] non plus requiritur[112] nisi quod homo albus[113] sit animal, et quod non sit animal per aliquod extrinsecum sibi adveniens quod non est de sua essentia. Sed ad veritatem illius 'haec est per se "homo albus[114] est animal"' requiritur quod propria passio vel definitio vel pars definitionis praediceretur. Ex hoc apparet quod talis propositio est falsa 'haec est per se "homo albus est animal"', non obstante veritate illius[115] 'homo albus per se est animal'.

132. Alia regula: a nomine totius respectu huius verbi 'est' ad nomen partis est bona consequentia, sicut sequitur 'octo sunt, ergo quattuor sunt',[116] 'homo est, ergo anima intellectiva est'. Et est regula intellegenda quando impossibile est nomen totius significare totum nisi nomen partis, si sit, significet partem. Unde ista non valet 'hoc nomen "homo" significat suum significatum, ergo hoc nomen "manus" significat suum significatum'. Et ideo non sequitur 'homo est, ergo manus est', sed[117] bene sequitur 'homo est, ergo anima intellectiva est'[117] quia hoc nomen 'homo' non potest significare suum significatum nisi hoc nomen 'anima intellectiva' significet suum significatum; et hoc si sit.

133. Alia regula: a nomine collectivo respectu huius verbi 'est' ad nomen partis est bona consequentia, quia[118] sequitur 'populus est, ergo homo est'. Similiter 'exercitus est, ergo homo est'.[119] Et haec regula est intellegenda sicut praedicta, et[120] cum hoc oportet quod[121] termini supponant significative. Respectu autem aliorum praedicatorum non oportet[121] praedictam regulam tenere, quamvis aliquando[122] teneat, sicut non

---

104. *om.* V. 105. pro L. 106. Sortes vellet mori *add.* L. 107. *om.* V.
108. tunc V. 109. ens V. 110. est albus V. 111. per se *om.* V.
112. sequitur V. 113. *om.* V. 114. *om.* V. 115. *om.* V.
116. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3. c.6, 265-267; 274sq. 117. sed-est *om.* V.
118. sicut L. 119. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 268-272.
120. simul *add.* L. 121. quod-oportet: *om.* V. 122. non *add.* V.

sequitur 'exercitus est collectio multorum, ergo homo est collectio multorum'. In aliquibus tamen terminis tenet gratia materiae sicut[123] dicendo 'exercitus est in campo, ergo homo est in campo'.

134. Alia regula: quandocumque sunt duae contrarietates, si unum[124] extremum unius contrarietatis praedicetur de[125] extremo alterius contrarietatis, tunc reliquum extremum eiusdem contrarietatis praedicatur de reliquo extremo alterius contrarietatis.[126] Verbi gratia: hic sunt duae contrarietates: virtus et vitium, iustitia et iniustitia. Si[127] nunc iustitia, quod est extremum unius contrarietatis, praedicetur de virtute, tunc etiam iniustitia praedicatur de vitio, ut dicendo 'iustitia est, ergo virtus est'; similiter 'si iniustitia est, vitium est'. Et est regula intellegenda de contrariis non habentibus medium, quare non sequitur albedinem vel nigredinem immediate praedicari de subiecto. Similiter non sequitur 'prodigalitas est vitium, ergo tenacitas est virtus'.[127]

135. Alia regula: si generatio alicuius est bona, ipsum est bonum, sicut sequitur 'generatio hominis est bona, ergo ipse est bonus'.[128] Ubi sciendum quod generatio non accipitur hic pro alteratione ante introductionem formae, sed pro ipsa introductione[129] quae fit postquam res est.

136. Alia regula: si generatio alicuius est mala, ipsum est malum, sicut[130] sequitur 'generatio hominis est mala, igitur ipse est malus'.[131] Unde quamvis antecedens sit falsum, consequentia est bona. Et ista regula est intellegenda sicut praedicta.[132]

137. Alia regula; si corruptio alicuius est bona, ipsum est malum, sicut sequitur 'corruptio latronis est bona, igitur ipse est malus'.[133] /f.122rb/

138. Sed contra; 'corruptio latronis est bona, ergo corruptio latronis[134] est, et ultra ergo latro est corruptus, et ultra ergo latro non est,[135] ergo non est malus'.

139. Item: 'Corruptio Christi fuit bona, quia mors Christi fuit salvatio totius generis humani,[136] ergo Christus fuit malus'. Consequens falsum.[137]

140. Respondetur quod regula intellegitur vel potest corrigi: si corruptio alicuius est bona, ipsum non corruptum fuit malum.

---

123. *om.* V. 124. tunc V. 125. alio *add.* L. 126. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6,287-290. 127. Si-virtus: *mutatio in* L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6,291-293. 128. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6,294-295. 129. inductione L. 130. *om.* V. 131. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c. 6, 296-297. 132. intellegitur *add.* V. 133. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6, 298-299. 134. corruptio latronis: latro V. 135. et ultra *add.* L. 136. salvatio-humani: bona L. 137. Consequens falsum *om.* L.

141. Ad secundum est dicendum quod bonum est duplex, scilicet naturale et morale, et[138] similiter malum. Sed regula debet intellegi de bono naturali et malo, sed[139] non morali.[140] Unde quamvis mors Christi fuit bona bonitate morali, cum fuit salvatio generis humani, tamen naturaliter fuit mala, sicut attestatur[141] natura et scriptum,[142] quia sol eclipsabatur et petrae scissae fuerunt.

C.V.

142. Capitulum quintum continet regulas quibus infertur affirmativa ex affirmativa per medium extrinsecum, quarum prima est: si principale de principali, coniugatum de coniugato, casus[1] de casu, et e converso.[2] Pro regula intellegenda notandum quod principale hic vocatur abstractum, coniugatum vero concretum, et casus adverbium correspondens. Et est tantum dictum: si principale etc., id est si abstractum de abstracto vere praedicatur, et concretum illius abstracti de concreto reliqui abstracti vere praedicatur, et a[3] propositione in qua sumitur adverbium unius ad propositionem[4] in qua sumitur[5] adverbium alterius est bona consequentia, sicut sequitur 'iustitia est virtus, ergo iustus est virtuosus'. Similiter sequitur 'iste arguit[6] iuste, igitur arguit[7] virtuose'.

143. Istam regulam glossat Ockham sic, quod regula debet intellegi de concreto et abstracto idem significantibus; et tunc semper tenet regula: si abstractum de abstracto, et concretum de concreto,[8] sicut sequitur 'humanitas est animalitas, ergo homo est animal'. Sed non oportet quod consequentia semper valeat e converso.[9]

144. Sed illud non videtur valere[10] philosophice loquendo, nam sive abstractum et[11] concretum significent idem sive diversa tam in creaturis quam in creatore quam simpliciter[12] in omni materia, ista particula regulae est generaliter vera: si abstractum de abstracto, et[13] concretum de concreto; ut 'albedo est musica, ergo album est musicum', 'deitas est humanitas, igitur deus est homo', 'humanitas est anima, ergo homo est animatus', 'humanitas est armatura, igitur homo est armatus', et sic de aliis semper est bona consequentia, quamvis in aliquibus antecedentia sunt impossibilia.

---

138. *om.* V. 139. et L. 140. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.6,300-302. 141. testabatur L. 142. et scriptum:*om.* L.
1. causa V. 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.7,6-7. 3. et a: in tali V. 4. de consimilibus terminis *add.* L. 5. praedicatur L. 6. facit L. 7. facit L. 8. si-concreto: *om.* V. 9. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.7, 11-14. 10. praecipue *add.* L. 11. sive V. 12. quam simpliciter: et simpliciter L, quam similiter(?) V. 13. *om.* V. 14. regula tenet:

145. Et e converso regula tenet[14]: si concretum de concreto, et[15] abstractum de abstracto, si ista concreta[16] ordinentur secundum superius et inferius[17] - aliter autem non oportet consequentiam valere - sicut sequitur 'album est coloratum, ergo albedo est color', 'homo est animal, ergo humanitas est animalitas'. /f.122va/ Si autem non ordinantur secundum superius et inferius, non oportet consequentiam valere, sicut non sequitur 'homo est armatus, ergo humanitas est armatura'.

146. Contra illud arguitur: quandocumque duo termini sic se habent quod unus significat quicquid reliquus et ultra hoc aliquid aliud,[18] illi duo termini ordinantur secundum superius et inferius. Huiusmodi autem possunt esse isti duo termini 'homo' et[19] 'albus', posito quod omnia animalia sint alba. Tunc haec est vera 'omnis homo est albus' et haec falsa 'omne album est homo', et tamen non sequitur isto casu posito 'homo est albus, ergo humanitas est albedo'.

147. Praeterea: isti duo termini 'Christus' et 'homo' ordinantur secundum superius et inferius, quia quicquid est Christus est homo, et non quicquid est homo est Christus, et tamen ista consequentia non valet 'Christus est homo, igitur deitas est humanitas'. Et non[20] videtur quod iste terminus 'Christus' habeat aliquod[21] aliud abstractum quam 'deitas'. Ergo regula non valet: si concretum de concreto etc., quamvis[22] concreta ordinantur secundum superius et inferius.

148. Respondetur ad primum negando maiorem. Pro quo nota quod non sufficit quod concreta[23] ordinentur secundum superius et inferius, et quod unum significet quicquid significat reliquum, et cum hoc[24] plus, sed oportet quod[25] in consequentia bona et formali[26] ab uno significative sumpto ad reliquum sit bona[27] consequentia,[28] sicut sequitur formaliter 'homo est, ergo animal est', quia tenet per illud medium[29] 'homo est animal'. Et non sequitur e converso, quia isti duo termini secundum superius et inferius ordinantur. Et ideo quamvis 'album' significet quicquid 'homo' significat et ultra,[30] tamen ista consequentia non est formalis 'homo est, ergo album est', quia tenet per medium illud 'homo est albus', quod est contingens. Ideo isti termini 'homo' et 'albus'[31] non ordinantur secundum superius et inferius.

---

aliqui tenent V. 15. *om.* V. 16. et abstracta *add.* L. 17. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 14-15. 18. aliquid aliud: aliqua plura L. 19. est V. 20. Et non: nec L. 21. *om.* L. 22. quae V. 23. aliqui duo termini L. 24. cum hoc: aliquid L. 25. oportet quod: *om.* V. 26. bona et formali: existente L. 27. formalis L. 28. et non e converso *add.* L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 18-20. 29. intrinsecum *add.* L. 30. aliquid plus L. 31. album L. 32. vel L.

149. Ad secundum potest dici quod iste terminus 'deitas' non est abstractum illius concreti 'Christus', et hoc quia abstractum et concretum debent habere aliquam similitudinem ad invicem, et hoc quoad principium et[32] quoad medium, sicut 'homo' et 'humanitas', 'album' et 'albedo' et similia. Etiam potest dici quod hoc concretum 'Christus' aequipollet duobus concretis, scilicet istis 'filius dei' et 'homo',[33] et istis duobus concretis correspondent duo abstracta, scilicet 'deitas'[34] et 'humanitas'.[35] Et ideo quamvis de concretis ad unum illorum non sit bona consequentia, sicut non sequitur 'Christus est homo, ergo deitas est humanitas', tamen ad aliud abstractum est bona consequentia, sicut bene sequitur 'Christus est homo, igitur humanitas quae est in Christo est deitas'.

150. Ulterius dicit Ockham circa illam regulam quod est intellegenda quando concreta eodem modo se habent ad sua abstracta, ut si unum concretum necessario supponit pro alia re quam suum abstractum denotatur[36] supponere oportet[37] similiter quod aliud concretum supponat pro alia re[37] quam suum abstractum; nam si concretum supponit pro aliqua[38] re pro qua non supponit abstractum, et[39] aliud concretum supponat pro eadem re pro qua supponit suum abstractum,[39] non oportet consequentiam valere. Exemplum ut 'homo est /f.122vb/ animatus, ergo humanitas est anima', quia hoc concretum et abstractum 'homo' et 'humanitas' supponunt pro una et eadem re praecise, et hoc concretum 'animatum' et hoc abstractum quod est 'anima' pro diversis rebus supponunt.[40]

151. Sed hoc totum est superfluum, quia non oportet regulam aliter glossare quam prius dictum est.

152. Alia regula: si aliqua consequentia est bona, eodem addito utrobique adhuc est consequentia bona. Exemplum 'homo est, ergo animal est', ergo isto termino 'albus' <addito>[41] utrobique, scilicet antecedenti et consequenti, adhuc est consequentia bona, ut 'homo albus currit, ergo animal album currit'.[42]

153. Contra regulam: sequitur quod talis consequentia esset bona 'omnis homo currit, ergo omne animal currit', nam haec consequentia est bona 'homo currit, ergo animal currit', ergo per regulam signo universali addito utrobique illa est bona. Probatur non[43] valere: posito quod omnis homo

---

33. quia tantum est dictum 'Christus' quantum 'filius dei qui est homo' *add.* L. 34. divinitas V. 35. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7,35-36. 36. vel denotat V. 37. oportet-re: *om.* V. 38. illa V. 39. et-abstractum: *om.* V. 40. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 52-62. 41. *om.* V; addatur L (*in mutatione*). 42. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7,86-89. 43. non-valere: *om.* L. 44. non est V. 45. quia-bona: *om.* V.

currit et asinus non currit, tunc antecedens est verum, consequens falsum. Similiter probatur[43] quod haec consequentia sit[44] bona 'homo non currit, ergo animal non currit', quia[45] haec consequentia est bona 'homo currit, ergo animal currit', ergo eadem negatione addita erit consequentia bona.[45] Similiter probatur quod haec consequentia sit[46] bona 'homo nunc primo est albus, ergo homo nunc primo est coloratus', quia haec consequentiae est bona 'Sortes est albus, ergo Sortes est coloratus';[47] posito tamen[48] quod Sortes fuit prius niger, tunc antecedens est verum et consequens falsum.

154. Pro istis sciendum quod regula debet intellegi quando illud additum non est signum distributivum nec negatio nec aliquid aequivalens negationi[49] nec syncategorema nec[50] aliquid includens syncategorema,[50] etiam quando illud additum est adiectivum vel substantivum illius quod[51] additur et illius[51] cui additur.[52] Et per hoc patet ad dicta argumenta.

155. Alia regula est: si sapiens dicit aliquam auctoritatem, tunc ad talem auctoritatem simpliciter est bona consequentia, sicut 'Aristoteles dicit substantiam non[53] suscipere magis nec minus, igitur substantia non suscipit'[53] etc.

156. Circa regulam nota quod dictum est intellegendum de tali philosopho sive sapienti qui nullo modo errare potest. Et quia nullus talis est nisi prima causa, ergo de hac[54] prima causa regula debet intellegi. Igitur.

157. Adhuc regula est intellegenda quando talis sapiens dicit aliquid assertive et non recitative, ut ipsemet deus dixit multa recitative facta vel dicta malorum arguendo quae fuerunt simpliciter falsa.[55]

158. Alia regula: si simpliciter ad simpliciter, et magis[56] ad magis,[57] et maxime[58] ad maxime[59] est bona consequentia.[60] Unde sequitur 'vitiosus est malus, ergo magis vitiosus est magis malus, et maxime vitiosus est maxime malus'.

159. Contra: sequitur quod haec esset bona 'bibere est bonum, ergo magis bibere est magis bonum, et maxime' etc. Consequens falsum.

160. Item: sequitur quod ista consequentia esset bona 'iustus est bonus, ergo magis <iustus est magis bonus>[61] vel virtuosus, et ille est magis

---

46. est V. 47. ergo eodem addito utrobique, isto scilicet 'nunc primo', tenebit consequentia *add.* L. 48. *om.* V. 49. aequivalens negationi: includens negationem L. 50. nec-syncategorema: *om.* V. 51. quod-illius: *om.* L. 52. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 90-93. 53. non-suscipit: esse susceptibilem contrariorum, ergo substantia est susceptibilis contrariorum L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 105-107. 54. sola L. 55. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 114-115. 56. maius V. 57. maius V. 58. maximum V. 59. maximum V; et e converso *add.* L. 60. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.7, 116-117. 61. iustus-bonus: *om.* V;

iustus, ergo ille est magis virtuosus'.[62] Consequentia non valet, /f.123 ra/ quia posito quod unus excedat alium in iustitia et alter excedat eum in omnibus aliis virtutibus, tunc antecedens est verum, consequens falsum.

161. Per eundem modum ista consequentia est bona 'ebriosus est malus, ergo magis ebriosus est' etc., quod similiter non sequitur,[63] quia posito quod unus sit peior alio in vitio ebrietatis et alter peior in omnibus aliis vitiis, tunc antecedens potest esse[64] verum, consequens falsum.

162. Ad primum illorum dicitur quod regula habet intellegi quando subiectum primae propositionis sic se habet ad praedicatum quod nihil est sumere sub[65] subiecto cui non competit praedicatum,[66] sicut[67] in ista propositione 'virtuosus est bonus' nihil contingit sumere sub subiecto cui non competit praedicatum,[67] et hoc mediante quocumque verbo, quia ista est vera 'omnis virtuosus est bonus[68], ergo omne quod potest esse virtuosum potest esse bonum, et omne quod erit virtuosum erit bonum'. Sic autem non est in praedicta[69] propositione primi[70] argumenti, quia quamvis aliquod bibere est[71] bonum, non tamen omne, vel saltem aliquod potest esse bibere quod non erit bonum.

163. Ad secundum dicitur quod regula debet intellegi quando non ponuntur aliqui termini relativi vel comparativi respectu alicuius alterius quam respectu illius pro quo subiectum supponit primae propositionis; et si ponantur[72] oportet illam particulam addere 'et cetera sunt paria', sicut sequitur 'ebriosus est vitiosus, et ille est magis ebriosus quam ille, et cetera sunt paria, ergo iste est magis vitiosus quam ille', quia aliter non sequitur, sicut patet. Vel potest[73] dici quod regula habeat intellegi quando non ponitur plus[74] in consequente[75] quam in antecedente[76], excepto isto adverbio 'magis' vel isto adverbio[77] 'maxime'. Ideo quando arguitur 'ebriosus est vitiosus, Sortes est magis ebriosus quam iste, ergo magis ebriosus est[78] magis vitiosus',[78] non tenet consequentia, eo quod plus ponitur in consequente quam in antecedente.

164. Alia regula: si singulare de singulari, et plurale[79] de plurali, et e converso, est bona consequentia, sicut sequitur 'homo est animal, ergo homines sunt animalia' et e converso.[80]

---

mutatio in L. 62. quam iste *add.* L. 63. quod-sequitur: *om.* V. 64. potest esse: est L. 65. *om.* V. 66. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 119-121. 67. sicut-praedicatum: *om.* V. 68. *om.* V. 69. prima L. 70. praedicti V. 71. sit L. 72. ponatur V. 73. breviter *add.* L. 74. tam V. 75. antecedente V. 76. antecedente V. 77. isto adverbio: ratione adverbii V. 78. est-vitiosus: *om.* V; quam ille *add.* L. 79. pluralis V. 80. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 103-104. 81. homo-caecus: *om.* L. 82. solum V. 83. *om.* V.

165. Contra: tunc tales essent bonae 'sol est substantia, ergo soles sunt substantiae', 'mundus est totum universum, ergo mundi sunt tota universa', 'deus est deitas, ergo dii sunt deitates'. Et quod praedicta consequentia non valeat 'homo est animal, ergo homines sunt animalia' probatur posito quod tantum Sortes sit, tunc antecedens est verum et consequens falsum.

166. Item: sequitur quod istae consequentiae essent bonae 'homo[81] est caecus, ergo homines sunt caeci'. Item:[81] 'effectus est a causa, ergo effectus sunt a causis', tamen haec non valet, quia posito quod sola[82] prima causa producat plures effectus, tunc antecedens est verum et consequens falsum. Item: sequitur[83] quod illa esset bona[84] 'homo est albus, ergo homines sunt albi' quae non valet nec aliqua consimilis. Item: ista 'omnis homo est caecus vel videns, igitur omnes homines sunt caeci vel videntes', quae tamen non valet, quia posito quod partim videant et partim sunt caeci, tunc antecedens est verum, consequens falsum. Igitur.

167. Pro isto sciendum quod regula habet intellegi quando utrumque /f.123rb/ extremum consequentis verificatur de aliquo vel significat aliquid, et quando alterum extremum non praedicatur per accidens de alio,[85] et quando non arguitur in obliquo, et quando alterum extremum non est disiunctum.[86]

168. Per hoc patet ad primum argumentum: quando dicitur 'deus est deitas',[87] quia 'dii' de nullo verificatur,[88] quia istae[89] sunt falsae 'dii sunt' etc. et 'mundi sunt' etc. et 'soles', quia isti termini penitus[90] nihil significant. Similiter[91] patet, posito quod tantum Sortes sit, tunc iste terminus 'homines' nihil significat, praecipue non[92] significat homines.

169. Similiter: quando dicitur 'effectus est a causa', quia in obliquo. Ulterius: quando arguitur 'homo est caecus', quia 'caecus' praedicatur per accidens, de[93] homine. Ulterius: quando dicitur 'omnis homo est caecus vel videns, ergo omnes homines sunt caeci vel videntes' non valet, quia alterum extremum est disiunctum.[93]

170. Ultimo notandum quod regula habet intellegi quando termini non accipiuntur aequivoce in singulari numero[94] et in plurali, sed univoce.[95] Ideo non sequitur ista 'consuetudo est mos, ergo consuetudines sunt mores'.

---

84. homo est caecus, ergo homines sunt caeci *add.* L (*cf. adnot.* 81).
85. aliquo V. 86. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.7, 165-194.
87. ergo dei sunt deitates *add.* L. 88. verificantur V. 89. duo(!) *add.* V. 90. simpliciter V. 91. sicut(?) V. 92. nec V.
93. de-disiunctum: ideo non valet V. 94. *om.* L. 95. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.7, 174-176.

C.VI.

171. Capitulum sextum huius tractatus continet regulas quibus negativa infertur ex negativa. Quarum prima est[1] talis: a definitione ad definitum, a descriptione ad descriptum, a nominis interpretatione ad nomen interpretatum, ab uno convertibilium ad reliquum respectu cuiuscumque praedicati negative est bona consequentia. Et regula est intellegenda terminis personaliter supponentibus, quia si aliter supponunt non oportet consequentiam valere; sicut non sequitur 'homo non est propria passio hominis, ergo risibile non est propria passio hominis'.[2]

172. Contra: si regula esset vera, tunc haec esset bona consequentia 'Antichristus non est homo[3], igitur Antichristus non est risibilis'[4]. Falsitas consequentis probatur, quia oppositum consequentis est verum[5] et consequens[6] est falsum,[7] quia haec est vera 'Antichristus est risibilis', quia Antichristus est potens ad ridendum vel[8] potest ridere, nec plus significatur per hoc quod est 'risibile'.

173. Ad illud patet per prius[9] dicta, quia secundum quod 'risibile' est passio hominis non[10] convertitur cum eo quod est potens ridere seu potens ad ridendum,[11] sed quod habet aptitudinem ad ridendum, et ideo quia Antichristus non est aptus ad ridendum, haec est falsa[12] 'Antichristus est risibilis'.

174. Alia regula est: ab inferiori ad superius postposita negatione est bona consequentia, sicut sequitur 'homo non currit, ergo animal non currit'.[13]

175. Hic dicit Ockham quod ista consequentia est[14] ut nunc et non simpliciter.[15]

176. Contra: nulla consequentia bona[16] est ut nunc, igitur ista non est ut nunc. Antecedens patet per prius dicta.[17]

177. Item: secundum eum omnis consequentia est simpliciter tenens[18] quae tenet per medium[19] necessarium. Ista est huiusmodi. Igitur. Maior patet. Minor declaratur[20] quia tenet per illud medium 'homo est animal', et ista est necessaria, quia haec est necessaria 'omnis homo est animal',

1. *om.* V. 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,6-13. 3. risibilis V. 4.homo V; consequens est falsum, ergo et antecedens *add.* L. 5. falsum V. 6. oppositum antecedentis V. 7. verum V. 8. potens-vel: quod aptum est ridere vel quod L. 9. § 58. 10. *om.* V. 11. ridere-ridendum: ad ridendum vel potest ridere L. 12. in isto sensu *add.* V. 13. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,15-17. 14. bona *add.* L. 15. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,19-21. 16. conclusio V. 17. §§ 5-6. 18. simplex L. 19. intrinsecum *add.* L. 20 patet(?) V. 21.ultra *add.* L.

eo quod est principium demonstrationis, quia secundum omnes haec est demonstratio 'omne animal rationale mortale est risibile; omnis homo est animal rationale mortale; ergo omnis homo est risibilis'. Tunc[21] sequitur 'omnis homo est /f.123va/ risibilis,[22] ergo omnis homo est animal'; antecedens est necessarium, ergo consequens.

178. Alia regula: a superiori ad inferius praeposita[28] negatione est consequentia bona, sicut sequitur 'Sortes non est animal, ergo[24] non est homo'.[25]

179. Contra: sequitur talem consequentiam valere 'ens per accidens non est homo, ergo ens per accidens non est homo albus', quod videtur falsum. Et consimiliter ista 'ens[26] aggregatum non est animal, ergo ens[27] aggregatum non est animal album',[28] quia in omnibus talibus arguitur a superiori ad inferius negatione praeposita,[29] et tamen antecedentia sunt vera, consequentia falsa.

180. Ad illud dicitur simpliciter concedendo consequentias.[30] Unde sicut haec est vera 'ens[31] aggregatum non est animal', sic haec est vera 'ens[32] aggregatum non est animal album'. Ex quo tamen non[33] sequitur quod aggregatum non est compositum ex animali et albedine, quia compositum ex animali et albedine[34] non est animal, quia sic sequitur quod totum esset pars.

181. Ulterius est sciendum quod si aliquod adverbium vel determinatio aliqua[35] ponatur in antecedente negative,[36] quae non ponitur in consequente, non oportet consequentiam valere,[37] sicut non sequitur[38] 'Sortes non est de necessitate animal, ergo Sortes non est homo'. Nec sequitur 'Sortes non movetur velociter, ergo Sortes non ambulat'.[39]

182. Alia regula: a negatione inferioris ad negationem superioris[40] cum signo universali[41] stantis immobiliter est bona consequentia, sicut 'Sortes non est iste homo, igitur Sortes non est omnis homo',[42] demonstrato Platone; quia ista consequentia est bona, eo quod ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, quia sequitur 'Sortes est omnis homo, ergo Sortes est Plato vel[43] iste homo'.

---

22. animal rationale mortale V. 23. postposita V. 24. Sortes *add.* L. 25. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,27-29. 26. *om.* L. 27. *om.* L. 28. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,31-34. 29. postposita V. 30. antecedens V. 31.*om.* L. 32. *om.* L. 33. *om.* V. 34. et albedine:*om.* V. 35. vel praepositio cum suo casuali *add.* L. 36. *om.* L; "ponatur negative"="sequitur negationem", *cf. Ockham.* 37. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,35-37. 38. *om.* V. 39. movetur V. 40.sumpti *add.* L. 41. affirmativo et *add.* L. 42. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.8,46-49. 43. Plato vel: *om.* L. 44. Contra-hoc: item L.

183. Contra: ex opposito consequentis praedictae consequentiae non infertur oppositum antecedentis. Ergo consequentia non est bona. Assumptum probatur, nam ista consequentia non valet 'Sortes est omnis homo, igitur Sortes est iste homo', nam posito quod nullus homo sit nisi Sortes, tunc antecedens est verum, consequens falsum.

184. Contra regulam: ex hoc[44] sequitur quod omnes tales consequentiae essent bonae 'Sortes differt a Platone, ergo Sortes differt ab omni homine', 'Sortes est alius a Cicerone, ergo Sortes est alius ab omni homine', 'Sortes distinguitur a Platone, ergo[45] distinguitur ab omni homine'.[46]

185. Respondetur quod omnes istae consequentiae sunt concedendae.

186. Sed contra: 'Sortes differt ab omni homine, ergo Sortes differt a Sorte'. Consequentia probatur, quia arguitur ab universali distributo ad suum singulare.

187. Item: sequitur 'Sortes differt ab omni homine, ergo ab omni homine Sortes differt'. Consequentia patet per conversionem simplicem. Ultra sequitur 'ergo a Sorte differt Sortes'.

188. Item: sequitur 'Sortes differt ab omni homine, ergo Sortes differt ab[47] homine'. Et ultra sequitur 'ergo Sortes non est homo', quia Sortes non est illud a quo ipse differt.

189. Ad primum est dicendum negando hanc 'Sortes differt ab omni homine, ergo Sortes differt a Sorte'. Ad probationem: "hic arguitur a superiori distributo", dico quod arguitur ab universali stante immobiliter, et ideo non valet consequentia.

190. Ad quod /f.123vb/ melius intellegendum datur talis regula: quicquid mobilitat immobilitatum immobilitat mobilitatum, id est quicquid facit terminum stantem immobiliter et confuse tantum[47] stare mobiliter et confuse distributive[48] facit terminum stantem confuse[49] et distributive stare confuse tantum pro aliquo signo.[49] Verbi gratia: in ista propositione 'Sortes est homo' li homo stat immobiliter, quia non[50] contingit descendere ad omnia sua singularia[51] copulative. Sed si additur negatio, stabit mobiliter, sicut in ista propositione 'Sortes non est homo', quia[52] sequitur 'Sortes non est homo,[52] ergo Sortes non est iste homo et iste homo' et sic de singulis, quia negatio facit terminum immobilem stare mobiliter. Et eadem negatio facit terminum mobilem stare immobiliter, sicut patet in ista propositione 'Sortes est omnis homo' li homo[53] stat confuse distributive

45. Sortes *add.* L. 46. *Cf. Ockham, SL* III-3,c.8,57-64.
47. et-tantum: *om.* L. 48. et-distributive: *om.* L. 49. confuse-signo: mobiliter stare immobiliter L. 50. *om.* V. 51. supposita L.
52. quia-homo: *om.* V. 53. supponit sive *add.* L. 54. sed V.

mobiliter, et si addatur negatio stabit immobiliter, ut 'Sortes non est omnis homo'. Quod autem li homo stet immobiliter patet, quia si staret mobiliter, propositio esset falsa, nam[54] sequitur ex hoc quod Sortes non esset Sortes. Sed modo sic est quod ista propositio est vera, quia sua contradictorie opposita, scilicet 'omnis Sortes est omnis homo' est falsa.[55] Sicut dictum est de negatione, consimiliter est dicendum de omnibus terminis negationem includentibus vel termino negativo aequivalentibus, cuiusmodi sunt tales 'differre',[56] 'distingui' etc.

191. Ad secundum dicitur negando istam consequentiam 'Sortes differt ab omni homine, ergo ab omni homine Sortes differt'. Ad probationem dicitur quod non oportet sic converti, quia prima est singularis, secunda universalis, et in[57] conversione talium in quibus ponuntur termini includentes negationem considerandum est et observandum quod illud quod sequitur talem terminum in una propositione sequitur in alia. Unde conversa illius 'Sortes differt ab omni homine' est ista 'differens ab omni homine est Sortes'.

192. Ad aliud dicitur negando illam consequentiam 'Sortes differt ab omni homine, ergo Sortes differt ab homine',[58] quia[59] sicut patet per dictam regulam in antecedente li homo stat immobiliter et in consequente mobiliter, et ideo antecedens est verum, consequens falsum. Et si arguitur contra hoc 'Sortes differt ab illo homine - demonstrato Platone - ergo Sortes differt ab aliquo homine', et ultra 'ergo Sortes differt ab[60] homine'. Prima consequentia probatur, quia arguitur ab inferiori ad superius affirmative sine distributione. Secunda consequentia probatur, quia arguitur a particulari ad indefinitam sibi convertibilem. Ad illud dicitur negando illam consequentiam 'Sortes differt ab illo homine - demonstrato Platone - ergo'. Ad probationem dico quod non arguitur ab inferiori ad superius affirmative[61] sine distributione, quia hoc verbum 'differt' includit negationem et facit terminum immediate se sequentem stare confuse et distributive.

193. Alia[62] regula sequens ex praedicta, quod ab alietate[63] superioris ad alietatem inferioris valet consequentia. Sequitur enim 'Sortes <est> aliud[64] ab animali, ergo est aliud[65] ab asino'. Et est intellegenda regula sicut quando ante appositionem negationis superius non stat confuse

---

55. et *add.* L. 56. differo V. 57. *om.* V. 58. Sortes-homine: ab omni homine Sortes differt V. 59. Et V. 60. omni *add.* V. 61. *om.*V. 62. Alia-homine: *om.* L. 63. ab alietate: ad alietatem V. 64. alius V. 65. alius V. 66. alius V. 67. alius V. 68. *Cf. Guill. Ockham, SL*

et distributive. Et ideo /f.124ra/ non sequitur 'Sortes est aliud[66] ab omni homine, ergo Sortes est aliud[67] ab illo homine'.[62]

194. Alia regula est: a negatione alicuius simpliciter ad negationem eiusdem sumpti cum aliqua determinatione est bona consequentia,[68] sicut sequitur[69] 'Sortes non est asinus,[70] ergo Sortes non est asinus albus'.[71]

195. Sed contra: tunc tales consequentiae essent bonae 'grammaticus non differt a clerico, ergo grammaticus non differt a clerico in quantum logicus'[72] vel 'clericus non differt a grammatico, ergo clericus non differt a grammatico in quantum logicus'.[73] Item: 'homo non est humanitas, ergo homo non est realiter humanitas'. Item: 'entitas non est unitas, ergo entitas non est realiter unitas'.[74]

196. Item sequitur illam esse bonam 'homo non est asinus, ergo homo non est eiusdem generis cum asino'.[75]

197. Item sequitur quod talis[76] esset bona[77] 'Sortes non est albus, ergo Sortes non est albus secundum dentes', 'Sortes non est homo, ergo Sortes non est homo mortuus'.[78]

198. Respondetur ad primum concedendo omnes tales consequentias, quia non fallit regula, quando talis determinatio est adverbium vel aliquid aequivalens adverbio. Et omnes consequentiae factae in primo argumento conceduntur et antecedentia negantur, quia ista et consimiles sunt falsae 'homo non est formaliter humanitas'; ergo ista similiter 'homo non est humanitas'; et haec similiter 'entitas non est unitas' et sic de aliis.

199. Ad secundum dicitur quod hoc antecedens 'homo non est idem cum asino' est distinguendum, quia iste terminus 'idem' est aequivocus, scilicet ad idem genere, idem numero, idem specie. Et ideo istae propositiones simul stant 'Sortes est idem cum asino' et 'Sortes non est idem cum asino', quia in aequivocis non est contradictio.

200. Ad tertium dicitur quod regula intellegitur quando talis determinatio sit adverbium vel stans loco adverbii vel aequivalens[79] adverbio, et quando nulla est facta variatio in consequente nisi appositio talis adverbii. Sed in ista consequentia 'Sortes non est albus, ergo Sortes non est albus secundum dentes' ponitur praepositio cum suo casuali, quae determinatio non est adverbium nec adverbialiter posita. Item[80] in ista conse-

---

III-3,c.8,151-152. 69. Sortes non currit, ergo Sortes non currit velociter *add.* L. 70. homo L (*cf. Ockham*). 71. asinus albus: per accidens homo L (*cf. Ockham*). 72. laicus V. 73. laicus V. 74. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,154-159. 75. vel 'homo non est idem cum asino, ergo homo non est idem genere cum asino' *add.* L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,160-166. 76. non *add.* V. 77. etc. V. 78. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.8,167-173. 79. aequivalenter V. 80. Item-posita *om.* V.

quentia 'Sortes non est homo, ergo Sortes non est homo mortuus' ponitur haec determinatio 'mortuus' quae non est adverbium nec adverbialiter posita.[80/81]

201. Alia regula est: a propositione sumpta cum determinatione ad[82] eandem sumptam sine determinatione[82] est bona consequentia, et hoc postposita negatione,[83] sicut sequitur 'Sortes realiter non est homo, igitur Sortes non est homo'.

202. Contra: 'homo per accidens non est animal, ergo homo non est animal', 'essentia divina non est pater formaliter, ergo essentia divina non est pater', in quibus tamen antecedentia sunt vera consequentia falsa.

203. Respondetur[84] negando antecedentia[85]. Et si dicatur contra: si haec sit falsa 'homo per accidens non est animal', ergo sua opposita est vera 'omnis homo per accidens est animal',[86] ad[87] istud dicitur concedendo quod opposita illius 'homo per accidens non est animal' est vera, quaecumque sit eius opposita. Et quando dicitur: ista est eius opposita 'omnis homo per accidens est animal'[87] dico negando,[88] quia[89] ambae istae duae propositiones sunt falsae, sicut ambae istae duae sunt falsae 'omnis homo de necessitate est animal', 'aliquis homo de necessitate non est animal.'[90] Consimiliter dicendum[91] est de alia propositione, nam ista est falsa 'homo per accidens non est animal', et eius opposita est vera 'non homo per accidens non est animal', quia non est verius dare contradictionem quam praeponere negationem toti propositioni. Et si dicatur quod /f.124rb/ ista aequivalet huic 'omnis homo per accidens est animal', dico illam negando. Sed aequivalet huic 'omnis homo per se est animal', eo quod illa determinatio 'per accidens' in praedicta propositione negatur.

C.VII.

204. Capitulum septimum huius tractatus continet regulas quibus negativa infertur ex affirmativa vel e converso.

Prima: ab affirmatione unius contrarii ad negationem alterius est bona consequentia, sicut[1] sequitur 'Sortes est albus, igitur non est niger'.[2]

---

81. positum L. 82. ad-determinatione: *om.* V. 83. et-negatione: *om.*L.
84. concedendo praedictas consequentias et *add.* L. 85. antecedens V.
86. similiter si haec sit falsa 'essentia divina formaliter non est pater', ergo haec est vera 'omnis essentia divina formaliter est pater' *add.* L.
87. ad-animal: *om.* V. 88. dico negando: nego L. 89. quod V.
90.aliquid-animal: ergo omnis homo de necessitate non est animal V.
91. *om.* V.
1. *om.* V. 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,5-7. 3. illud V.

205. Circa istam regulam dicit Ockham quod ex regula patet quod in motu alterationis non est idem subiectum primum simul sub contrariis, nam secundum eum ab inesse ad esse respectu primi subiecti est bona consequentia. Et ideo sequitur 'isti subiecto primo inest albedo, igitur istud[3] subiectum primum est album'. Et ultra sequitur per dictam regulam 'illud subiectum est album, igitur non est nigrum'. Et ultra 'ergo isti subiecto non inest nigredo tamquam[4] subiecto primo', et per consequens non est idem simul[5] sub albedine et nigredine.[6]

206. Sed illud dictum Ockham, ut videtur, nullo modo potest stare, nam quamvis contraria non possunt simul esse in eodem subiecto sub esse intenso, possunt tamen esse sub esse remisso. Quod probatur sic: et capio[7] aliquod frigidum subiectum, in quod subiectum calidum incipiat agere intensive[8] corrumpendo eius frigiditatem. Tunc capio medietatem subiecti frigidi remotiorem a subiecto calido, et arguo sic 'frigiditas illius partis[9] est remissa et non nisi per caliditatem. Vel ergo per caliditatem quae est in eodem subiecto vel per caliditatem quae est distans ab eo.[10] Si primo modo, sic habetur propositum, scilicet quod caliditas et frigiditas sunt in eodem subiecto primo simul. Si vero frigiditas sit remissa per caliditatem quae est ab eodem distans, in alio subiecto ab eo distante. Sed hoc est contra Philosophum VII.Physicorum, ubi expresse vult quod omne agens corporeum tangit illud in quod agit,[11] ita quod nullum sit medium alterius rationis inter agens et patiens.[12] Et ideo dicendum est quod ista consequentia non valet 'isti subiecto inest albedo tamquam subiecto suo primo, ergo illud subiectum est album', quia possibile est quod ista albedo sit ita remissa quod non sufficit ad denominationem subiecti. Illud confirmatur per Commentatorem V. Physicorum, commento duodecimo, ubi dicit quod nihil est album[13] nisi quod est nigredine impermixtum.[14] Et quamvis illud possit probari per diversas alias rationes, ista tamen ad praesens sufficiat, quia alias de illa materia pertractatur.

207. Alia regula est: a negatione unius contrarii ad positionem alterius tenet consequentia, sicut[15] 'Sortes non est sanus, ergo Sortes est aeger'.[16]

208. Circa istam regulam dicit Ockham[17] distinguendo de contrariis, quia quaedam sunt mediata, et de illis non intellegitur regula, quia ista

---

4. si V. 5. idem simul: simul L, idem V. 6. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.9,7-13. 7. capiatur L. 8. intense L. 9. medietatis L. 10. eodem subiecto L. 11. idem ipsum capiendo *add.* L. 12. *Arist. Phys.* VII,2,243a 13-15; 244a 5-6; 245a 10-11; 245b 1-2. 13. albius alio L. 14. *Averroës, Phys.* V c.XII. 15. sequitur *add.* L. 16. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,14-16. 17. dicit Ockham: dicitur sic V. 18. et-

consequentia non est bona 'Sortes non est albus, ergo Sortes est niger', quia potest esse viridis vel pallidi coloris vel alterius. Alia sunt contraria immediata, et de illis /f.124va/ intellegitur regula, et hoc in consequentia ut nunc et[18] non simplici.

209. Sed illud non potest valere, quia nulla est consequentia bona ut nunc,[18] ut patet per prius[19] dicta, quia omnis consequentia[20] aequivalet condicionali verae, et omnis condicionalis vera est necessaria[21] simpliciter, sicut patet per Magistrum Summularum,[22] capitulo de propositione hypothetica.[23] Tamen quia[24] ex negativa non sequitur formaliter affirmativa, ideo[25] ista regula est falsa, nisi ei[26] addatur ista particula 'cum constantia subiecti'. Et tunc regula tenet de contrariis immediatis, sicut sequitur 'Sortes non est sanus, et Sortes est, igitur Sortes est aeger'.[27]

210. Et adhuc est intellegenda de subiecto apto nato suscipere talia contraria, quia si subiectum non sit aptum natum suscipere talia contraria, non oportet regulam tenere, sicut non sequitur 'lapis non est iustus, igitur lapis est iniustus', 'lapis non est sanus, igitur lapis est aeger', quia lapis non est subiectum aptum natum[28] suscipere talia. Similiter non est regula tantummodo[29] intellegenda de subiecto apto nato talia suscipere, sed etiam[30] est intellegenda pro tempore[31] aptitudinis. Unde ante usum rationis[32] in puero ista consequentia non valet 'puer non est virtuosus,[33] igitur est vitiosus'.[34]

211. Unde[35] ad hoc quod regula valeat generaliter oportet omnes istas condiciones addi: a negatione unius contrariorum immediatorum, in subiecto apto nato talia suscipere, et posita[36] constantia subiecti, et[37] posito tempore aptitudinis ad suscipiendum talia contraria ad affirmationem alterius[37] valet consequentia, sicut sequitur 'iste puer aptus natus est esse virtuosus vel vitiosus,[38] et idem puer nunc non est virtuosus,[39] ergo est vitiosus'.

212. Alia regula: ab affirmatione habitus ad negationem privationis est bona consequentia, sicut[40] 'Sortes est videns, igitur non est caecus'[41], 'Sortes[42] est iustus, igitur non est iniustus'.[42]

---

nunc: *om.* V. 19. §§ 5-6. 20. bona *add.* L. 21. vera L.
22. Tractatuum L. 23. *Petrus Hispanus*, *Tractatus* I,17, p.9,17 (*ed. de Rijk*). 24. Tamen quia: sic V. 25. respondeo quod V. 26. *om.* L.
27. *Cf. Guill. Ockham*, *SL* III-3, c.9.22-23. 28. aptum natum:*om.* V.
29. *om.* V. 30. *om.* V. 31. talis *add.* L. 32. *om.* V. 33. et est *add.* L. 34. *Cf. Guill. Ockham*, *SL* III-3,c.9.25-28. 35. item V.
36. et posita: cum L. 37. et-alterius: *om.* L. 38. et virtus et vitium sunt contraria immediata *add.* L. 39. et est *add.* L. 40. sequitur *add.* L. 41. *Cf. Guill.Ockham*, *SL* III-3,c.9,35-36. 42. Sortes-iniustus:*om.* L. 43. duplex V. 44. quoddam *add.* V. 45. praecise *add.* L.

213. Circa illam regulam dicit Ockham distinguendo de nominibus privativis, quod aliquod[43] est nomen privativum,[44] quod[45] privationem dicit et carentiam formae in aliquo subiecto cui additur. Et tale nomen privativum aequivalet nomini infinito. Alia sunt privativa quae important aliquam[46] formam in aliquo subiecto non inesse connotando[47] tamen determinatum subiectum,[48] sicut 'iniustus' 'insipiens' et similia. Alia sunt nomina privativa quae important formam[49] non inesse nec posse inesse determinato subiecto. Et tale nomen privativum est hoc nomen 'caecus'. Unde quando dicitur 'Sortes est caecus' non denotat[50] nisi quod Sortes non videt nec potest videre.[51] Et de tali privativo intellegenda est ista, scilicet: ab affirmatione[52] habitus ad negationem privationis[53] est bona consequentia, sicut sequitur 'Sortes est videns, igitur non est caecus'.

214. Et licet aliqua istarum sint bene dicta, aliqua tamen male sonant, praecipue de illo quod[54] dicitur quod aliquod sit nomen privativum quod importat formam non inesse subiecto, quia illud quod simpliciter non[55] est ens non importatur nec signum aliquod habet,[56] quia signum et signatum sunt relativa, et[57] posita se ponunt etc. Modo illud quod non est simpliciter non est /f.124vb/ signatum alicuius signi, et per consequens nullum signum erit quod pro tali non ente possit supponere.

215. Et ideo aliter est dicendum quod duplex[58] est nomen privativum: quoddam[59] quod significat subiectum carere forma, quae significatur per habitum, si esset, et per abstractum habitus. Et huiusmodi nomen privativum est hoc nomen 'informatum forma ignis' vel 'inignitum'[60] si 'in' capiatur privative et non negative.[61] Quod dico quia in multis nobis[62] deficiunt nomina praedicta, scilicet habitus et privationis,[63] sicut hoc nomen 'forma ignis' significat talem formam si esset in rerum natura et significaret. Aliud est nomen privativum quod significat subiectum[64] carere aliqua forma quae significaretur per habitum, si esset, et non semper quando caret, sed quando caret, dummodo esset aptum natum suscipere, et quando caret et potuisset naturaliter habuisse talem formam.[65] Et tale[66] privativum est hoc

---

46. *om.* L. 47. denotando V. 48. determinatum subiectum: determinato subiecto V. 49. talem *add.* L. 50. non denotat: nihil importatur L. 51. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,38-47. 52. ab affirmatione: a positione L. 53. et etiam e converso *add.* L. 54. praecipue-quod: praecise ibidem(?) quo V. 55. nihil L. 56. sed forma quae non est in subiecto nullo modo est ens, ergo a nullo importatur vel significatur *add.* L (*in mutatione*). 57. quae L. 58. aliquod L. 59. *om.* L. 60. incapiendum(?) V. 61. positive L. 62. numquam V. 63. et privationis: illius privativi L. 64. significatum L. 65. talem formam: tale nomen V. 66. Et tale:*om.* V. 67. esse V. 68. sed L.

nomen 'iniustus' quod significat subiectum quod non habet iustitiam, sed non omne[67] tale nec semper tale, quia puer carens usu rationis non habens iustitiam non est iniustus, quia[68] significat subiectum non habere iustitiam, sed non nisi[69] quando naturaliter potuisset habuisse iustitiam. Et de istis[70] privativis non intellegitur auctoritas Aristotelis in Praedicamentis, cum dicit: a privatione in habitum impossibilis est regressio.[71] Sed aliud est privativum quod significat subiectum non habere formam quam[72] naturaliter potuisset habuisse, nec possibile sit ipsum habere talem formam. Et huiusmodi nomen privativum est hoc nomen 'caecus'. Et de tali privativo intellegitur praedicta auctoritas.

216. Et de primis privativis[73] tenet ista[74] regula, quod[75] a negatione privationis ad positionem habitus, posita constantia subiecti, est bona consequentia, sicut sequitur 'materia non est inignita, et est, igitur est ignita'. De aliis duobus oportet addere ad constantiam subiecti quod denotat tale subiectum tunc potuisse habuisse talem formam; et aliter consequentia non valet, sicut sequitur minime 'catulus non est caecus, igitur catulus est videns'. Et similiter non sequitur 'Sortes non est iniustus,[76] et Sortes est, igitur Sortes est iustus'.[77] Sed bene sequitur 'catulus non est caecus, et est cum[78] potuisset naturaliter habuisse,[79] ergo est videns'. Similiter sequitur 'puer non est iniustus,[80] et puer est aptus natus ad iustitiam, ergo puer est iustus'.[81]

217. Alia regula est: ab affirmativa de praedicato infinito sequitur negativa de praedicato finito, sicut sequitur 'Sortes est non albus, igitur Sortes non est albus'.[82]

218. Contra: si sic, sequitur quod ista consequentia esset bona 'Sortes videt non hominem, ergo Sortes non videt hominem', posito quod Sortes videat hominem et asinum simul. Similiter sequitur 'Sortes habet non aurum, ergo Sortes non habet aurum', posito[83] quod Sortes habeat aurum et argentum simul.[83] Item sequitur 'Sortes fuit non senex, ergo Sortes non fuit senex'. Similiter sequitur 'Sortes erit non mortuus, /f.125ra/ ergo Sortes non erit mortuus'.

219. Pro istis est sciendum quod regula debet intellegi in istis de praesenti et non de praeterito et futuro.[84] Per hoc solvuntur primae in-

---

69. sed non nisi: tunc L. 70. duobus *add.* L. 71. *Arist. Cat.* 10,12b 21-25.
72. tunc quando L. 73. primis privativis: illis V. 74. praedicta V.
75. quia V. 76. iustus V. 77. iniustus L. 78. et nunc L.
79. vidisse L. 80. iustus V. 81. iniustus V. 82. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,66-68. 83. posito-simul: *om.* L. 84. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,77-78. 85. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,69-70.

stantiae. Etiam debet intellegi de terminis rectis.[85] Per hoc solvuntur secundae instantiae.

220. Alia regula: ad affirmativam de praedicato finito sequitur negativa de praedicato infinito, sicut sequitur 'Sortes est homo,[86] igitur Sortes non est non homo'.[87] Et ista debet intellegi ut praedicta.

221. Alia regula: ad negativam[88] de praedicato finito sequitur affirmativa de praedicato infinito, ut 'Sortes non est albus, igitur Sortes est non albus'.[89]

222. Circa regulam dicit Ockham quod regula debet intellegi quando esse existere verificatur[90] de subiecto.[91] Sed hoc non valet, quia[92] sive esse existere verificetur de subiecto sive non,[93] nisi plus addatur ad regulam ipsa simpliciter est falsa; quia posito quod Sortes sit, adhuc ista consequentia non valet 'Sortes non est albus, ergo Sortes est non albus', eo quod sine nova impositione terminorum oppositum consequentis potest stare cum antecedente.

223. Et[94] si dicatur quod pro nunc oppositum consequentis non potest stare cum antecedente,[94] ergo pro nunc consequentia non valet.[95] Dico quod hoc non sequitur, sicut posito quod Plato sit, tunc ista consequentia non valet 'Sortes est, ergo Plato est', et tamen pro nunc oppositum consequentis non potest stare cum antecedente.

224. Pro quo sciendum quod consequentia non valet quocumque casu[96] posito, vel[97] per nullum casum possibilem retentis significatis terminorum valebit, nisi talis casus[98] sit pars antecedentis. Verbi gratia, posito quod Plato sit et erit per mille annos, adhuc ista consequentia non valet 'Sortes est, ergo Plato est', ut de se patet, vel[99] 'Sortes est homo, ergo Plato est homo'. Ista tamen consequentia est bona 'Sortes est homo, et Plato est, ergo Plato est homo'. Similiter in proposito ista consequentia est bona 'Sortes non est albus, et[99] Sortes est, ergo Sortes est non albus'; sed ista simpliciter[100] non valet, quamvis ponatur quod Sortes sit, nisi talis casus sit pars antecedentis, sicut non sequitur 'Sortes non est albus, ergo est non albus'. Et ideo praedicta regula debet sic intellegi:[101] ad negativam de praedicato finito, cum constantia subiecti expressa in antecedente, sequitur affirmativa de praedicato infinito.

---

86. albus L. 87. albus L; *cf. Guill.Ockham, SL* III-3, c.9,83-85.
88. ad negativam: a negativa V. 89. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.9, 87-89. 90. vere praedicatur(?) V. 91. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.9, 99-100. 92. *om.* L. 93. quia *add.* L. 94. Et-antecedente: *om.* V.
95. et *add.* V. 96. possibili *add.* L. 97. *om.* V. 98. terminus(?) V.
99. vel-et: *om.* V. 100. consequentia L. 101. corrigi L. 102. album

225. Quae regula adhuc habet intellegi ulterius quando negatio additur toti extremo et non uni parti extremi. Et ideo non sequitur 'Sortes non est album lignum, igitur Sortes est album non lignum',[102] quia posito quod Sortes[103] sit niger, tunc antecedens est verum, consequens falsum; et hoc quando[104] negatio non additur toti extremo. Ista instantia non est multum contra regulam, quia quamvis pars praedicati sit infinitum, totum praedicatum non est infinitum. Unde[105] ista regula debet intellegi in propositionibus de praesenti, in terminis rectis, sicut praedicta regula.[105]

226. Alia regula: ad negativam de praedicato infinito sequitur affirmativa de praedicato finito, sicut sequitur 'Sortes non est non iustus, ergo Sortes est iustus'. Et ista regula in omnibus condicionibus similiter intellegitur ut proxima, scilicet in[106] propositionibus de praesenti et de recto et cum[107] expressione constantiae subiecti; quae particula si fuerit omissa, in nullo valet regula,[108] quia posito quod Sortes non sit, tunc consequentia non valet 'Sortes non est non iustus, ergo Sortes est iustus', quia[109] antecedens est verum et consequens falsum.[109]

227. Contra regulam arguitur: alterum contradictoriorum verificatur de quolibet. Si ergo istorum contradictoriorum 'non iustus' removeatur[110] a Sorte, eius oppositum, scilicet 'iustus', attribuitur ei.[111]

228. Item posito quod Sortes non sit, adhuc haec est[112] vera 'Sortes est Sortes vel Sortes non est Sortes', sed haec est falsa 'Sortes non est[113] Sortes', eo quod oppositum /f.125rb/ praedicatur de opposito. Ergo haec est vera 'Sortes est Sortes'. Et confirmatur per Boethium qui dicit quod nulla est[114] propositio verior ista in qua idem praedicatur de se ipso.[115]

229. Ad primum istorum dicitur ab aliquibus sophistis quod alterum contradictoriorum verificatur de quolibet affirmative vel negative. Sed illud non est de intentione Aristotelis. Et ideo dicitur quod alterum contradictoriorum verificatur de quolibet pro aliquo ente supponente.[116] Et ideo quia in praedicta consequentia iste terminus 'Sortes' non supponit pro aliquo ente, ideo non contingit de ipso alterum contradictoriorum verificari. Et si dicatur: ergo est dare medium inter contradictoria, dico

---

non lignum: non lignum album L (*cor.e* lignum non album). 103. non *add.* V. 104. quia L. 105. Unde-regula: *om.* L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9, 114-116. 106. de V. 107. tali(?) V. 108. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,117-120. 109. quia-verum: *om.* L. 110. amovebitur V. 111. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,125-127. 112. disiunctiva *add.* L. 113. non est: est non V. 114. sit V. 115. *Boethius, Com. in Interp. Arist., ed.prim.* c.14, pp. 215-216 (*ed. Meiser*);*ed. sec.* c.14, pp. 479-480 (*ed. Meiser*). 116. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,134-136. 117. *om.* V.

negando, quia de isto quod deberet esse medium nihil verificatur significative sumpto.

230. Ad aliud dicitur quod propositio Boethii frequenter allegatur, sed totaliter praeter intentionem Boethii, quia Boethius faciens comparationes inter propositiones de subiecto determinato et indeterminato nihil aliud intendit dicere[117] nisi quod nulla[118] propositio in qua idem praedicatur de se cum determinatione est verior illa in qua idem praedicatur de se sine illa[119] determinatione.[120] Verbi gratia 'Sortes albus est Sortes', nulla talis est verior ista 'Sortes est Sortes'. Quod[121] haec fuit intentio Boethii[122] patet respicienti eius commentum super Peri hermeneias.

231. Alia regula: ab affirmativa de una specie specialissima ad negativam de alia specie specialissima est bona consequentia, sicut sequitur 'Sortes est homo, igitur Sortes non est asinus'.[123] Similiter sequitur 'iste[124] color est albedo, igitur iste color non est nigredo'.

232. Contra: ex hoc sequitur quod ista consequentia[125] esset bona 'Sortes est pater, igitur Sortes non est filius'. Similiter 'lac est album, ergo lac non est dulce', 'iste[126] numerus est dualitas, igitur iste numerus non est quaternitas'.[127]

233. Pro istis sciendum quod regula est intellegenda in propositionibus de rectis, mere absolutis et de praesenti, quia non videtur sequi 'Sortes videbit[128] albedinem, igitur Sortes non videbit[129] nigredinem', nec etiam sequitur[130] 'Sortes fuit albus, igitur Sortes non fuit niger', similiter <non> sequitur[131] 'Sortes erit[132] antiquus, ergo Sortes non erit[133] iuvenis'. Et per hoc patet quod praedictae consequentiae sunt de terminis relativis,[134] et per hoc non valent consequentiae. Et si dicatur quod 'pater' non est species[135] sed 'paternitas', et ideo[135] in ista consequentia 'Sortes est pater, igitur non est filius' non[136] arguitur ab affirmatione unius speciei ad negationem alterius, dicitur quod hoc simpliciter est contra mentem[137] Aristotelis, qui dicit quod ad aliquid sunt[138] quae hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur,[139] et[140] clarum est quod 'pater' hoc ipsum quod est alterius dicitur,[140] quia sequitur 'pater est, ergo alicuius filii pater est'.

---

118. *om.* V. 119. tali L. 120. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,149-154. 121. quia V. 122. ut *add.* V. 123. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9, 166-168. 124. *om.* V. 125. non *add.* V. 126. item V. 127. quantitas V. 128. videt L. 129. videt L. 130. nec-sequitur: *om.* L. 131. similiter-sequitur: *om.* L. 132. fuit V. 133. fuit V. 134. vel connotativis *add.* L. 135. species-ideo: filius sicut V. 136. *om.* V. 137. intentionem L. 138. illa *add.* L. 139. *Arist.Cat.* 7,6a 36-37. 140. et-dicitur: *om.* V. 141. ideo(?) V. 142. et simi-

234. Item[141] Aristoteles faciens mentionem de relativis et de his quae in praedicamento relationis sunt et similiter[142] veritatem determinando omnia exempla /f.125va/ sua ponit in concretis et numquam in abstractis. Unde isti termini in libris Aristotelis raro vel numquam inveniuntur: 'duplicitas, dimiditas'[143] et sic de aliis. Unde mirum esset si abstracta essent de praedicamento[144] relationis et non[145] concreta, quia Aristoteles confuse determinans de concretis de[146] genere relationis numquam mentionem[147] fecit de illis abstractis.

235. Ulterius notandum quod duplicitas, dimiditas[148] non sunt diversae species si non accipiuntur[149] pro rebus discretis[150] vel non simul continuatis. Vel melius potest dici quod sunt diversae species, quod magis concordat cum textu Aristotelis, VII. Metaphysicae, ubi vult quod unitas in numero unitat[151] speciem.[152] Et tunc ulterius regula glossanda est[153], sicut dictum est, quod non tenet in relativis vel connotativis vel in speciebus generaliter quae non sunt de genere substantiae. Per hoc patet ad rationes instantiarum[154] quae possunt fieri circa litteram.[155]

236. Alia regula est: ab affirmatione unius generis[156] ad negationem alterius[157] non subalternatim posita[158] est bona consequentia, sicut sequitur 'Sortes est substantia[159] corporea, ergo Sortes non est substantia[160] incorporea'.[161]

237. Contra: tunc illa esset bona 'Sortes est substantia, igitur Sortes non est quantitas', quia substantia et quantitas sunt diversa genera non subalternatim posita. Igitur.[162]

238. Respondetur[163] quod regula habet intellegi in generibus diversis eiusdem praedicamenti, vel[164] quorum unum de alio non verificatur,[165] sicut sequitur 'Sortes est lapis, igitur Sortes non est animal', quia quicquid est lapis non est animal.

---

liter: simpliciter V. 143. paternitas et filiatio *add.* L.
144. de praedicamento: species L. 145. eorum *add.* L. 146. in L.
147. facit nec *add.* V. 148. duplicitas, dimiditas: dualitas et quaternitas L. 149. proprie *add.* L. 150. distinctis V. 151. mutat L.
152. *Locum non inveni.* 153. regula-est: regulam concludendo V.
154. rationes instantiarum: omnes instantias L. 155. praedictam regulam L.
156. affirmatione-generis: affirmativa de uno genere L. 157. sive ad negativam alterius generis *add.* L. 158. *om.* V. 159. Sortes-substantia: substantia est V. 160. Sortes-substantia: substantia non est V. 161. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.9, 204-206. 162. *om.* L. 163. ad istud potest dici, si quis vellet tenere quod materialis substantia sit quantitas L. 164. eiusdem-vel: *om.* L. 165. non verificatur: universaliter negatur L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.9, 207-208. 166. allegatur L. 167. *Arist. Anal. post.*

239. Contra illud frequenter est[166] Aristoteles I. Posteriorum,[167] ubi dicit quod ista[168] est immediata 'nulla substantia est quantitas'.[168]

240. Respondetur quod nulli[169] allegant istam propositionem Aristotelis I. Posteriorum nisi[170] illi qui numquam viderunt textum,[170] quia ibidem nullam mentionem facit de substantia magis quam de quantitate,[171] quod diffusius patebit in expositione eiusdem libri.[172] Et ideo[173] mirum est quod aliqui putantes se sapientes volunt textum Aristotelis ita false allegare.[174]

C.VIII.

241. Capitulum octavum huius tractatus continet regulas deservientes consequentiis modalibus.[1]

Prima: ab inferiori ad superius tam a parte subiecti quam a parte praedicati affirmative sine distributione est bona consequentia, sicut sequitur 'homo de necessitate est animal, igitur homo de necessitate est substantia'.[2]

242. Alia regula: a superiori ad inferius affirmative cum distributione est bona consequentia, sicut sequitur 'omne ens de necessitate est actu, ergo omnis homo de necessitate est actu'.[3]

243. Circa praedictas regulas dicit Ockham quod ambae intellegendae sunt in sensu diviso.[4] In sensu vero[5] composito[6] sunt verae quando consequentiae compositae ex illis de inesse sunt necessariae[7] et non ut nunc. Quando autem sunt tantum ut nunc non valet consequentia, sicut non sequitur 'omne ens de necessitate est actu, ergo omnis homo de necessitate est actu', quia ista consequentia est[8] ut nunc 'omne ens est actu, ergo omnis homo est actu'.[9]

244. Sed quamvis aliqua sint bene dicta, aliqua tamen /f.125vb/ simpliciter non valent. Ad cuius manifestationem est primo sciendum quod duplex est sensus, scilicet divisus et compositus. Sensus compositus est quando tota propositio de inesse est subiectum vel praedicatum et modus est alterum extremum, et quando[10] unum illorum subicitur vel[11] praedicatur

---

I,23, 84b 20-31. 168. ista-quantitas: immediate est substantia non autem quantitas V. 169. multi V. 170. nisi-textum:*om*. V.
171. vel aliquo alio praedicamento *add*. L. 172. in-libri: *om*. V.
173. et ideo: item V. 174. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.9,213-219.
1. modalium L. 2. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,11-14; iterum sequitur 'homo de necessitate est substantia, ergo animal de necessitate est substantia' *add*. L (*cf. Ockham*). 3. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.10, 21-22; *an lacuna in textu Ockham supponenda est?* 4. et *add*. V. 5.*om*.V.
6. et *add*. V. 7. et simplices *add*. L. 8. solummodo *add*. L.
9. *Cf. Guill. Ockham SL* III-3,c.10,16-25. 10. et quando: ita quod L.
11. et V. 12. obliquo-in: *om*. V. 13. verbi gratia L. 14. est neces-

respectu alterius. Sensus autem divisus est quando modus est pars subiecti vel praedicati, et tunc semper ponitur in obliquo[12] vel adverbialiter, sed in sensu composito semper ponitur in[12] recto. Sicut[13] ista propositio modalis 'omnem hominem esse animal est necessarium' est distinguenda secundum compositionem et divisionem. Sensus compositus est '"omnis homo est animal" est necessaria',[14] sensus autem divisus[15] 'omnis homo necessario vel[16] de necessitate est animal', et hic sensus est falsus.

245. His autem cognitis patet statim quod numquam praedictae consequentiae in sensu composito valent, nec quando consequentiae compositae[17] ex illis de inesse sunt simplices et[18] necessariae, nec etiam quando sunt ut nunc. Illud declaratur sic: illa consequentia est necessaria 'omne ens est, ergo[19] quicquid est[20] prima causa est', et[21] tamen in sensu composito in illis de modalibus consequentia non valet, sicut non sequitur 'omne ens est necessarium, ergo quicquid est prima causa est[21] necessarium',[22] quia sit 'a' nomen proprium illius[23] propositionis 'omne ens est' et 'b' nomen proprium illius 'quicquid est prima causa est', tunc[24] patet quod illa consequentia non valet 'a est necessarium, igitur b est necessarium', quia a existente[25] possibili bene sequitur[26] quod b non sit in rerum natura, quia a et b sunt duae propositiones quarum una in nullo[27] dependet ab alia.[28] Ideo ad veritatem unius non sequitur veritas alterius. Illud generaliter est verum, quod[29] ab una propositione modali ad aliam acceptam[30] in sensu composito numquam valet consequentia, nisi una illarum sit pars alterius,[31] sicut haec consequentia est bona '"omnis[32] homo est animal" est necessaria, ergo "omnis homo est" est necessaria', et hoc quia ista propositio 'omnis homo est' est pars illius propositionis 'omnis homo est animal'. Ex quo patet quod ista consequentia est bona[32] '"omnis homo est asinus" est impossibilis, ergo "omnis homo est" est necessaria',[33] quia prima propositio non potest esse in rerum natura nisi illa propositio sit 'omnis homo est', sicut totum non potest esse sine sua parte.

246. Ulterius est sciendum quantum ad regulam praedictam, quod[34] quamvis a superiori ad inferius cum distributione teneat consequentia a[35] parte subiecti et respectu illius inferioris et superioris quorum unum de neces-

---

saria: necessario V. 15. est iste *add.* L. 16. necessario vel: *om.* V.
17. consequentiae compositae: *om.* V. 18. simplices et: simpliciter V.
19. *om.* V. 20. ergo *add.* V. 21. et-est: *om.* V. 22. necessaria V.
23. illius-quicquid: alicuius quid V. 24. tamen V. 25. a existente: ex antecedente V. 26. possibili-sequitur: possibile est L.
27. nullo: natura(?) V. 28. et per consequens una potest esse in rerum natura sine alia et *add.* L. 29. et V. 30. utraque accepta L.
31. *om.* V. 32. omnis-bona: *om.* V. 33. vera V. 34. *om.* V.
35. de V. 36. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,26-28. 37. *om.* V.

sitate praedicatur de alio, ita quod talis propositio in qua superius praedicatur de inferiori est necessaria, a parte praedicati non valet,[36] sicut non sequitur 'omne[37] corpus de necessitate est coloratum, ergo omne corpus de necessitate est album'. Item non sequitur 'omnis materia de necessitate est sub aliqua forma,[38] ergo omnis materia de necessitate est sub forma ignis'.[39] Sicut etiam in istis de inesse sine[40] tali modo non valet consequentia, sicut non sequitur 'omnis materia est sub forma, ergo omnis materia est sub forma ignis', quia materia quae est sub forma aeris non est sub forma ignis; et hoc ideo quia in talibus propositionibus praedicata supponunt confuse tantum.

247. Sciendum circa consequentias[41] compositas ex propositionibus de necessario, quarum una accipitur in sensu diviso[42] et alia in sensu composito formaliter vel aequivalenter dicit Ockham sic quod semper ab illa de necessario in sensu[42] composito vel ei[43] aequivalenti ad aliam[44] in sensu diviso est bona consequentia et e converso, si tam antecedens quam[45] consequens sit singluare vel de subiecto[46] singulari ita quod sit nomen proprium, vel sit de subiecto quod praecise sit pronomen demonstrativum, sicut sequitur 'Sortes de necessitate est homo, ergo haec est necessaria "Sortes est homo"', et e converso; similiter sequitur 'hoc[47] de necessitate est animal - quocumque demonstrato[48] - ergo haec est necessaria "hoc[48a] est animal"'. Sed si antecedens sit universale vel particulare[49] vel de subiecto composito[50] ex /f.126ra/ pronomine demonstrativo et termino cummuni non valet consequentia, sicut non sequitur 'homo de necessitate est deus, ergo haec est necessaria "homo est deus"'. Nec sequitur 'haec[51] est necessaria "omne verum est verum", ergo omne[51] verum de necessitate est verum'. Similiter[52] de particulari[53] non sequitur, sicut patet de se. Similiter in propositionibus[54] in quibus subiecta sunt propria nomina sumpta[55] cum terminis communibus non valet consequentia, sicut non sequitur 'ille creans de necessitate est deus, ergo haec est necessaria "ille creans est deus"'.[56]

---

38. sub aliqua forma: substantia aliqua formata, ergo omnis materia de necessitate est sub forma V. 39. de-ignis: quae est sub forma aeris non est sub forma ignis V. 40. sub V. 41. vel propositiones *add.* V. 42. diviso-sensu: *om.* V. 43. *om.* V. 44. illam de necessario L. 45. vel V. 46. de subiecto: secundum de V. 47. homo V. 48. quocumque demonstrato: *om.* V. 48a. homo V. 49. universale vel particulare: universalis vel particularis V. 50. de-composito: componitur(?) V. 51. haec-omne: *om.* V. 52. sic V. 53. particularibus L. 54. singularibus L. 55. *om.* V. 56. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,42-59.

248. Sed quamvis ista[57] in aliquibus sint bene dicta, tamen in aliquibus non tenet regula[58] simpliciter, quia numquam a propositione de necessario sumpta in sensu diviso sequitur aliqua propositio[59] in sensu composito. Quod declaratur sic, si[60] illa consequentia esset[61] bona 'Sortes de necessitate est homo, ergo haec est necessaria "Sortes est homo"', tunc sic 'haec est necessaria "Sortes est homo", ergo illa littera s est', quia haec propositio est necessaria, igitur haec propositio est, et ultra ergo quaelibet pars eius[62] est, et per consequens cum ista[63] littera sit pars talis propositionis, sequitur quod haec[64] littera quae sit s est. Ergo per[65] regulam a primo ad ultimum 'Sortes de necessitate est homo, ergo illa littera s est'. Similiter potest argui[66] de illa consequentia 'deus de necessitate est ens,[67] ergo haec littera[68] d est'. Patet ergo quod tales consequentiae non valent[69] a sensu diviso ad sensum compositum.[70] E converso,[71] scilicet quando arguitur[72] a sensu composito ad sensum divisum,[73] affirmative, in terminis absolutis et non connotativis est bona consequentia, si subiecta antecedentium sunt simpliciter singularia vel nomina propria vel pronomina demonstrativa,[74] sicut ipse dicit. Aliter non oportet consequentiam valere, sicut non sequitur[75] 'haec est[76] necessaria "omnis homo est animal", ergo omnis homo de necessitate est animal', et sic de aliis, sicut iam dictum est; excepto quod ista consequentia[77] valeat 'haec est necessaria "verum est verum", ergo verum de necessitate est verum'. Similiter[78] illa consequentia[79] est bona 'haec est necessaria[80] "movens est anima", ergo movens de necessitate est anima'; quamvis[81] tam antecedens quam consequens sunt falsa.[82]

249. Ulterius est sciendum[83] quod arguendo a negativa in sensu composito ad sensum divisum non oportet consequentiam valere[84] in terminis connotativis, sicut non sequitur 'haec est necessaria "album non est nigrum", ergo album de necessitate non est nigrum', quia[85] ista propositio 'album

57. *om.* V. 58. tenet regula:non valent L. 59. sumpta *add.* L.
60. quia tunc V. 61. sit L. 62. *om.* V. 63. una V. 64. illa V.
65. primam *add.* V. 66. potest argui: patet aliter V. 67. *om.* V.
68. haec littera:*om.* V. 69. tales-valent: illa consequentia non valet V.
70. et *add.* V. 71. autem *add.* L. 72. scilicet-arguitur: *om.* L.
73. quando arguitur *add.* L, valet argumentum *add.* V. 74. vel-demonstrative: *om.* V. 75. omnis homo est animal est necessaria vel *add.* L.
76. vera vel *add.* V. 77. non *add.* V. 78. aliter autem V. 79. non *add.* V. 80. haec-necessaria: *om.* V. 81. *om.* V. 82. sunt falsa: est falsum V; igitur *add.* V. 83. generaliter *add.* L. 84. praecipue *add.* L.
85. quia-nigrum: *om.* V. 86. etiam V. 87. scilicet-nullus:*om.* L.

de necessitate non est nigrum' exponitur sic 'album non est nigrum,[85] et album non[86] potest esse nigrum', quia copulativa est falsa pro secunda parte, scilicet[87] quod album non potest esse nigrum, [album non est nigrum,] quod est falsum. Et 'necesse non' aequivalet huic quod est 'impossibile', quia negatio postposita aequivalet suo contrario. Modo contrarium de necessitate est hoc quod est 'impossibile', sicut contraria <sunt> 'omnis' et 'nullus'.[87]

250. Circa propositiones de possibili est sciendum quod dicit Ockham quod propositio cuius subiectum est proprium nomen vel pronomen demonstrativum praecise sumpta in sensu diviso infertur ex illa[88] de possibili sumpta in sensu composito, et e converso, sicut sequitur 'haec est possibilis "Sortes est albus", ergo Sortes potest esse albus'. Similiter[89] sequitur 'hoc potest esse nigrum - quocumque demonstrato - ergo haec est possibilis "hoc est nigrum"' et e converso.[89]

251. Unde in illo casu posito quod Sortes possit currere declarantur duo. Primum quod propositio ista cuius subiectum est proprium nomen vel praecise pronomen demonstrativum sumpta in sensu diviso infert illam[90] de possibili in sensu composito. Illud[91] patet, quia haec consequentia /f.126 rb/ est bona 'Sortes currit vel iste - demonstrando Sortem - currit vel potest currere, ergo haec est possibilis "Sortes potest currere vel Sortes currit"'. Similiter est[91] e converso[92] bona consequentia,[93] quia bene sequitur 'haec est possibilis "Sortes est niger", ergo Sortes potest esse niger', ita[94] quod nihil refert sensus divisus vel sensus compositus in talibus propositionibus ubi subiectum est simplex terminus sive nomen proprium vel pronomen demonstrativum.

252. Sed tunc instatur: si <sic>, ista consequentia esset bona[94] 'Sortes potest esse niger, ergo haec est possibilis "Sortes est niger". <Sed ista consequentia non valet,> quod[95] probatur sic: antecedens est simpliciter necessarium et consequens contingens; ergo consequentia non valet. Item sequitur 'haec est possibilis "Sortes est niger", ergo haec propositio est "Sortes est niger"'. Ergo si prima consequentia esset bona, tunc sequitur 'Sortes potest esse niger,[95] ergo haec propositio est "Sortes est niger"'; et ultra 'ergo[96] haec littera s est', quod totum est absurdum.

---

88. infertur-illa: infert illam L. 87. Similiter-converso: *om.* V; *cf.* *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,66-72. 90. infert illam: infertur illa V. 91. Illud-est: secundum est quod L. 92. est *add.* L. 93. Istorum duorum secundum est bene dictum *add.* L. 94. ita-bona: sed primum simpliciter nihil valet, quia ista consequentia non valet L. 95. quod-niger:*om.*V. 96. *om.* V. 97. *om.* V. 98. *om.* V. 99. Item-possibilis:*om.* V.

253. Et si probetur praedicta consequentia, scilicet 'Sortes potest esse niger, ergo haec est possibilis "Sortes est niger"', quia oppositum consequentis non[97] potest stare cum antecedente sine nova impositione terminorum, ergo consequentia est bona. Antecedens patet, quia illa duo non[98] possunt simul stare in veritate, scilicet quod Sortes potest esse niger, et quod haec sit impossibilis 'Sortes est niger'. Item[99] antecedens illius consequentiae est necessarium, quia haec est necessaria '"Sortes est niger" est possibilis',[99] quia impossibile est ipsam esse falsam sine nova impositione terminorum. Ergo[100] consequentia fuit bona.[100]

254. Ad primum illorum est dicendum quod ista regula: oppositum consequentis etc. habet[101] intellegi quando subiectum consequentis vel pronomen demonstrativum positum ex parte subiecti consequentis non demonstrat[102] illam de inesse quae correspondet antecedenti, quod deficit in proposito.

255. Ad secundum dicitur quod illa definitio propositionis necessariae, scilicet quod illa est necessaria quae non potest esse falsa sine nova impositione terminorum, est intellegenda de[103] propositionibus quarum significata[104] vel illa pro quibus supponunt praecise subiectum et praedicatum non ponuntur in tali propositione.

256. Ulterius circa illam regulam dicit Ockham quod si subiectum talium propositionum[105] sit terminus communis vel pronomen demonstrativum sumptum cum termino communi, tunc[106] subiectum in illa propositione de possibili sumpta in sensu diviso supponit pro eo quod est vel pro eo quod potest esse et non est. Si pro eo quod est, tunc vel praedicatum est terminus communis vel pronomen demonstrativum solum vel nomen proprium vel pronomen demonstrativum sumptum cum termino communi,[106] et in omnibus istis[107] non valet consequentia ab una ad aliam, sicut non sequitur 'album potest esse nigrum, ergo haec est possibilis "album[108] est nigrum"; nec sequitur 'haec est possibilis[108] "hoc album est Sortes", ergo hoc album potest esse Sortes'.[109]

257. Quamvis illud fuit bene dictum quoad primum, scilicet quod ad sensum divisum[110] non sequitur sensus compositus, tamen secundum non valet, quia[111] haec consequentia est necessaria[112] 'haec est possibilis "hoc album est[113] Sortes", ergo hoc album[113] potest esse Sortes'. Hoc declaratur,

---

100. Ergo-bona: quia quandocumque haec est tentis eisdem significatis propositio est vera L. 101. potest V. 102. denotat V; antecedens vel *add.* L. 103. proin(?) V. 104. totalia *add.* L. 105.de possibili *add.*L. 106. tunc-communi: *om.* V. 107. aliis V. 108. album-possibilis: *om.* V. 109. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,72-85. 110. ad-divisum: in talibus ex sensu diviso L. 111. quod V. 112. est necessaria: non valet V. 113. est-album: *om.* V. 114. nihil-nisi: vel demonstratur L.

quia in antecedente nihil demonstratur nisi[114] Sortes vel aliud a Sorte. Si demonstratur[115] Sortes, tunc[116] quandocumque haec est vera 'haec est possibilis "hoc album est[117] Sortes"', et consequens 'ergo hoc album potest esse Sortes' similiter est[118] verum, nisi ita sit quod Sortes non sit albus.

258. Ulterius de hoc quod dicit quod terminus supponit pro eo quod potest esse et non est,[119] hoc[120] alibi est improbatum,[121] quia nihil[122] potest significare illud quod non est nec pro aliquo tali supponere. Si autem in talibus propositionibus subiectum sit terminus communis vel[123] nomen commune, ita quod propositiones sunt particulares vel indefinitae, tunc in indefinitis et particularibus ex sensu composito[124] semper sequitur sensus divisus, sed non in universalibus. Sicut sequitur 'haec est possibilis "album est dulce", ergo album potest esse dulce', quod de se patet. Sed non potest inferri universalis,[125] quia non valet 'haec est possibilis /f.126va/ "omne album est homo", ergo omne album potest esse homo', quia posito quod multa animalia[126] irrationalia sint alba, tunc praedicta consequentia non valet, quia antecedens est verum, consequens falsum. Igitur.

259. Circa propositiones de contingenti dicit Ockham[127] quod illa de contingenti sumpta in sensu composito et illa sumpta in[128] sensu diviso convertuntur si subiectum sit pronomen demonstrativum vel nomen proprium, sicut istae convertuntur 'hoc contingit esse album - quocumque demonstrato - ergo haec est contingens "hoc est album"'. Sed si subiectum sit terminus communis vel termino particulari vel communi aequivalens,[129] non oportet consequentiam valere, sicut non sequitur 'haec est contingens "movens est anima", ergo contingit movens esse animam'; nec e converso, sicut non sequitur 'hoc album contingit esse nigrum, ergo haec est contingens[129a] "hoc album est[129b] nigrum"', quia antecedens est verum et[130] consequens impossibile.

260. Istorum secundum est verum, sed primum[130] simpliciter est falsum, scilicet quod ista in sensu diviso et illa[131] in sensu composito convertantur, quia si hoc esset verum, haec consequentia esset bona 'contingit Sortem esse album, ergo haec est contingens "Sortes est albus"', et ultra

---

115. denotatur V. 116. ideo V. 117. potest esse V. 118. similiter est: si sit erit L. 119. esse V. 120. satis *add.* L. 121. reprobatum L; *cf.* § 214. 122. terminus non L. 123. terminus-vel: *om.* L. 124. ex-composito: *om.* V. 125. non-universalis: universalis non infert universalem L. 126. alia *add.* V. 127. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10, 111-119. 128. illa-in: ista de V. 129. termino aequivalens: terminum communem includens vel particularem L. 129a. possibilis V. 129b. est contingens *add.* V. 130. et-primum: sed secundum V. 131. *om.* V.

'ergo haec propositio "Sortes est albus" est'. Et sic de primo ad ultimum sequitur 'contingit Sortem esse album, ergo haec propositio "Sortes est albus" est'. Et manifestum est quod consequentia non valet, ut prius dictum est.[132]

261. Ulterius dicit[133] quod inter illas de possibili et de contingenti est differentia quantum ad consequentias, nam ista de possibili habens subiectum terminum communem vel includens talem terminum sumpta in sensu diviso infert illam de possibili sumptam in sensu composito. Sed ita non est de illis de contingenti, quia non sequitur 'haec est contingens "deus est creans", ergo contingit deum esse creantem'.

262. Sed hoc simpliciter non valet, quia sicut probatum est nulla propositio penitus sumpta in sensu diviso infert illam de sensu composito nisi esset in aliquo casu quod[134] antecedens esset pars consequentis,[135] et adhuc non oporteret consequentiam valere. Item exemplum simpliciter non est ad propositum,[136] quia haec consequentia est optima 'haec est contingens "deus est creans,[137] ergo contingit[138] deum esse creantem.'

263. Circa propositiones de impossibili dicit Ockham quod quando subiectum est pronomen demonstrativum vel nomen proprium, tunc ista in sensu diviso et in sensu composito aequivalent, sicut ista convertuntur 'haec est impossibilis "hoc est album" - quocumque demonstrato - ergo hoc non potest esse album'.[139]

264. Sed illud simpliciter est falsum, quia quandocumque aliquae[140] duae convertuntur, tunc ab una ad aliam[141] est bona consequentia, et e converso. Sed sic non est in proposito, quod potest ostendi[142] sicut prius,[143] quia illa de sensu composito non sequitur ad illam de sensu diviso, quamvis e converso. Si subiectum sit nomen proprium vel pronomen demonstrativum est bona consequentia, sicut 'haec est impossibilis "hoc est album", ergo hoc non potest esse album'. Si tamen terminus sit[144] communis vel terminum communem includens, non oportet consequentiam valere, sicut non sequitur 'haec est impossibilis "album est nigrum", ergo album non /f.126 vb/ potest esse nigrum'.

---

132. ut-est: sicut per prius dicta satis patet L; §§ 245; 248.
133. Ockham *add.* L; *cf. Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,120-127; *Ockham tamen, sicut exemplum nostrum, dicit* ... in sensu composito...infert...in sensu diviso...; *cf.* § 262. 134. in quo L. 135. § 245. 136. Item-propositum: et sic simpliciter non valet V. 137. est creans: creat V.
138. contingens est V. 139. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,128-131.
140. *om.* V. 141. una-aliam: uno ad aliud V. 142. probari L.
143. §§ 245; 248. 144. terminus sit: subiectum sit terminus L.

265. Ulterius sciendum circa propositiones modales quod omne nomen adiectivum de dicto alicuius propositionis verificabile[145] vel de ipsa propositione facit propositionem modalem, qualia nomina sunt huiusmodi 'verum, falsum,[146] scitum, creditum, dubitabile' et[147] 'demonstrabile', et etiam aliqua syncategoremata verificabilia[148] de talibus propositionibus, sicut 'per se' et 'per accidens', et[149] talia nomina 'mediata' et 'immediata' et similia. Et ideo omnes tales sunt modales: 'hominemesse animal est verum', 'hominem esse animal est per se', 'hominem esse risibile est demonstrabile', 'Sortem currere est credibile'. Et ex istis patet quod ista antiqua opinio qua tenetur quod non sunt plures modi facientes propositiones modales quam quattuor, quos nominat[150] Aristoteles II. Peri hermeneias:[151] necessarium, contingens, possibile et impossibile,[152] simpliciter est falsa,[153] quia non[154] potest assignari ratio quare illae propositiones magis debeant esse modales 'hominem currere[155] est necessarium' quam 'hominem currere[156] est verum' vel 'hominem currere est scitum',[157] nam sicut unus modus determinat totum compositum,[158] ita et alter, et sicut una propositio habet duplicem sensum,[159] divisum et compositum, ita et alia, sicut de se patet.

266. Circa istas propositiones modales dicit Ockham, sic quod[160] quando subiectum est nomen proprium vel pronomen demonstrativum[161] illa in sensu diviso et illa[162] in sensu composito convertuntur, nam ista convertuntur 'hoc[163] per se est animal - quocumque demonstrato - ergo haec est per se "hoc[164] est animal"', et ita similiter 'hoc scitur[165] esse album, ergo haec est scita "hoc est album"'; 'hoc[166] creditur esse asinus, ergo haec est credita "hoc[167] est asinus"'.[168]

267. Sed hoc simpliciter est falsum, quia ex hoc sequitur quod illa consequentia esset bona 'Sortes per se est animal, ergo haec est per se "Sortes est animal"' Sed ista consequentia non valet, sicut[169] patet de se.[170] Similiter potest reprobari, ut consequentiae dictae[171] sunt reprobatae.[172]

---

145. existens(?) V. 146. huiusmodi-falsum: *om.* V. 147. scibile L.
148. syncategoremata verificabilia: *om.* V. 149. similiter *add.* L.
150. enumerat L. 151. *Arist. De interp.* cc. 12-13. 152. quae propositio *add.* V. 153. quod tantum sint quattuor modi *add.* V. 154. nulla L.
155. esse animal L. 156. esse animal L. 157. hominem-scitum: *om.* L.
158. totum compositum: totam compositionem L. 159. duplicem sensum: duos sensus L. 160. sic quod: *om.* V. 161. vel-demonstrativum: *om.* V.
162. *om.* V. 163. homo V. 164. homo V. 165. est scitum V.
166. homo V. 167. homo V. 168. *Guill. Ockham, SL* III-3, c.10, 148-153.
169. satis *add.* L. 170. de se: per prius dicta vel posita L.
171. consimiles L. 172. §§ 245; 248; 257; 260; 262. 173. tunc-conver-

268. Ulterius dicit Ockham quod si subiectum in talibus propositionibus sit terminus communis vel includens terminum communem, tunc[173] tales propositiones non convertuntur.[173] Et hoc dictum verum est, quia tales propositiones numquam convertuntur, praecipue[174] si scientia[175] potest esse respectu alicuius quod non est propositio. Sed si ista est vera quod tantum unum[176] complexum scitur, et quod non est unum complexum nisi propositio,[177] tunc[178] est praedictum dictum falsum, quia tunc ista convertuntur 'homo scitur esse animal' et 'haec propositio scitur "homo est animal"', quia in ista propositione 'homo scitur esse animal' denotatur aliquid sciri, et nihil denotatur sciri nisi propositio.[178] Ergo vel ista propositio 'homo est animal' denotatur sciri[179] vel aliqua alia. Non alia, ut de se patet. Ergo relinquitur quod ista propositio denotatur sciri per talem propositionem. Non tamen ex hoc sequitur quod omnes tales convertantur, sed solummodo illae propositiones quarum praedicata respiciunt verum vel falsum, dubitabile vel impossibile, cuiusmodi sunt tales 'homo creditur esse animal, ergo haec est credita "homo est animal"'; 'homo opinatur esse animal, ergo haec est opinata "homo est animal"'; 'homo scitur esse' etc.[180] Et non de omnibus[181] oportet ut teneat consequentia, <ut> 'homo[182] per se est animal, ergo haec est per se "homo est animal"',[182] nam homo per se est animal quamvis nulla propositio est[183] in rerum natura.

269. Ex hoc patet quod ista consequentia[184] non valet 'album per se aedificat, ergo haec est per se[185] "album aedificat"', quia per istam 'album per se aedificat' non plus denotatur nisi quod aliquid quod est album aedificat, et hoc est verum.[186] Et ad veritatem illius 'haec est per se "album aedificat"' requiritur quod aliquid non[187] posset aedificare nisi esset album, /f.127ra/ quod est falsum. Ideo praedicta propositio est falsa.

270. Unde ad sciendum quod aliqua propositio est per se considerandum est si praedicatum illius propositionis non[188] potest competere alicui vel aliquibus sine hoc quod subiectum[189] competat eidem. Et tunc clarum est quod haec propositio non est per se, ideo quia hoc praedicatum 'aedificare'

---

tuntur: *om.* V; *Guill. Ockham, SL* III-3,c.10,153-155. 174. praecise(?) V. 175. solum(?) V. 176. verum L, *et sic in sequentibus.* 177. et quod omne verum complexum sit propositio *add.* L. 178. tunc-propositio:*om.* V. 179. denotatur sciri: est demonstrabilis(?) sciri V. 180. animal, ergo haec est scita "homo est animal"' L. 181. Et-omnibus: tamen de talibus non L. 182. homo-animal: *om.* V. 183. esset L. 184. ista consequentia: omnes tales consequentiae L. 185. haec-se: *om.* V. 186. quia aedificator qui est albus per se aedificat, et hoc est verum *add.* L. 187. aliquid non: nihil L. 188. *om.* L. 189. talis propositionis *add.* L. 190. omne V. 191. necessaria est L. 192. de-acci-

potest competere alicui, quamvis non sit album. Ergo ista propositio 'album aedificat' non est propositio per se sed per accidens, quia esse[190] album accidit illi quod aedificat. Et illa distinctio maxime prodest[191] pro textu Aristotelis intellegendo de[192] per se et de per accidens[192] philosophiae naturalis, et praecipue II. Physicorum,[193] ubi loquitur de causis per se et de causis per accidens.[194]

271. Circa consequentias compositas ex una propositione modali et alia de inesse dantur regulae, quarum prima talis est: propositio modalis necessaria[195] sumpta in sensu composito sive in sensu diviso infert suam[196] de inesse, sicut optime sequitur 'homo de necessitate est animal, ergo homo est animal'. Similiter[197] 'haec est necessaria "homo est animal", ergo [de necessitate] homo est animal'.[197] E converso non valet consequentia nec[198] in sensu diviso nec in sensu composito, sicut non sequitur[199] 'homo est albus, ergo homo de necessitate est albus'. Nec etiam sequitur 'homo est albus, ergo haec est necessaria "homo est albus"'.[200]

272. Contra: videtur quod propositio de necessario[201] non infert suam de inesse, quia si sic, tunc ista consequentia esset bona 'homo de necessitate est albus, ergo homo est albus'. Sed posito casu possibili antecedens est verum et consequens falsum. Et volo quod haec 'homo de necessitate est albus' significet tantum sicut ista 'deus est', et quod nullus homo sit albus, ut possibile est. Tunc antecedens est verum et consequens falsum. Igitur.

273. Respondetur quod regula[202] intellegitur retentis significatis terminorum, quia inter illa praesupponitur[203] forma syllogistica, sicut expresse patet per Aristotelem IV. Metaphysicae ubi disputans[204] contra negantes principia et ignorantes[205] incipit ponere significata vocabulorum, quia aliter non esset possibile pro aliqua re naturaliter[206] disputare.[207]

274. Ulterius circa consequentias de possibili modali[208] et sua de inesse dicit Ockham:[209] illa de possibili sive sumatur in sensu diviso

---

dens: in pluribus locis L. 193. *Arist. Phys.* II cc. 3-7. 194. determinat de quattuor generibus causarum et de casu et fortuna *add.* V.
195. de necessario L; sive *add.* L. 196. infert suam: sumit istam V.
197. Similiter-animal: *om.* L. 198. *om.* V. 199. homo est animal, ergo homo de necessitate est animal *add.* L. 200. *Cf. Guill. Ockham, SL* III-3, c.11,4-6. 201. de necessario: *om.* V. 202. sicut quaecumque alia *add.* L.
203. inter-praesupponitur: illud oportet praesupponi in omni L.
204. disputat V. 205. et ignorantes: vel dans modum disputandi contra negantes principia L. 206. pro-naturaliter: cum aliquo rationabiliter L.
207. *Arist. Met.* IV,4,1006a 18-24. 208. de-modali: compositas ex modali de possibili L. 209. quod *add.* L. 210. potest-albus: est albus est

sive in sensu composito numquam infert suam de inesse, sicut non sequitur 'haec est possibilis "homo est albus", ergo homo est albus'. Nec etiam sequitur homo potest esse albus,[210] ergo homo est albus'.[211] E contra autem sequitur, quia semper illa de inesse infert illam[212] de possibili, quia sequitur 'Sortes est albus, ergo haec est possibilis "Sortes est albus"'; similiter[213] 'Sortes potest esse albus'.[213] Et hoc semper[214] est verum, sive[215] subiectum consequentis sumatur pro eo quod est vel pro eo quod potest esse.[216]

275. Sed quamvis aliqua istorum sint bene dicta, aliqua tamen simpliciter sunt falsa, quia illa de inesse numquam infert suam de possibili sumptam in sensu composito, sicut illa consequentia non valet 'Sortes est albus, ergo haec est possibilis "Sortes est albus"'. Quia si sic, sequitur quod illa consequentia esset bona 'Sortes est albus, ergo haec littera s est',[217] ut prius declaratum est.[218]

276. Ulterius est sciendum quod nullus terminus supponit pro[219] re quae potest esse et non est. Et ideo frustra dicitur: /f.127rb/ sive[220] subiectum supponit pro eo quod est vel pro illo quod[221] potest esse. Et si dicatur hoc quia Aristoteles[222] VI. Metaphysicae[223] vult quod aliquid est ens in potentia, aliquid actu,[224] tamquam per duas differentias distinctas ex opposito,[225] dico quod per istam divisionem Aristoteles numquam voluit intellegere[226] quod aliquid quod non est et potest esse sit ens et quod aliquid sit ens actu existens, quia secundum principia Aristotelis omne ens est actu existens, et illud quod non est actu existens non est ens. Sed per illam divisionem vult intellegere quod 'ens' iste terminus praedicatur de aliquo[227] mediante hoc verbo 'est' vel[228] mediante hoc verbo 'potest'. Et sic haec est vera 'deus est ens', et haec est falsa 'Antichristus est ens'. Similiter[229] haec est vera 'Antichristus potest esse ens' vel 'homo generandus potest esse ens'[230].

277. Et si dicatur quod Aristoteles est artifex realis, et per consequens ibi non loquitur de praedicabilibus, dico negando consequentiam, quia in[231] nulla scientia est ita realis quin oportet aliquando loqui logica-

---

possibilis V. 211. et *add.* V. 212. suam L. 213. similiter-albus: *om.* L. 214. *om.* L. 215. si V. 216. *Guill. Ockham, SL* III-3,c.11, 7-15. 217. possibilis(?) *add.* V. 218. § 248. 219. aliqua *add.* L. 220. *om.* V. 221. vel-quod: et V. 222. hoc-Aristoteles: contra per Aristotelem L. 223. *Arist. Met.* VI,2,1026a 34-b 1. 224. vult-actu: qui dividit ens per potentiam et actum L. 225. distinctas-opposito: oppositas L. 226. *om.* V. 227. aliquibus L. 228. et de aliquibus L. 229. sed L. 230. potest-ens:*om.* V. 231. *om.* V. 232. logicae rea-

liter, sicut in multis locis logicae realiter[232] loquitur, quia logica est ita[233] ordinata quod est amministrix cuiuslibet scientiae. Ideo dicitur ars artium non nobilitate sed amministratione.[234] Unde Philosophus cito post dividit ens in decem praedicamenta. Sed praedicamentum non est aliud quam coordinatio[235] praedicabilium.

278. Et si dicatur quod actus et potentiae sunt differentiae valde oppositae, et per consequens non possunt simul competere eidem, sed[236] per praedictam expositionem Aristotelis possunt competere eidem,[236] quia idem[237] illud quod est ens potest esse ens, quamvis non sequitur e converso. Ad illud dicitur quod 'actus' et 'potentia' bene[238] utitur ibi Aristoteles, quod[239] non sunt differentiae valde oppositae, sed tantum disparatae, quia includunt diversum intellectum[240] praedicandi 'entis'. Et quod hoc sit mens[241] Aristotelis patet diligenter intuenti textum ibidem.

Explicit textus consequentiarum magistri Thomae Bragwardini natione Anglicus complètus Paderbornae a Conrado de Furenvelde dioecesis Wormaciensis.[242]

---

liter: *om.* V. 233. ideo L. 234. illustratione(?) V. 235. subiciendorum(?) et *add.* V. 236. sed-eidem: *om.* V. 237. omne L. 238. sicut eis L. 239. *om.* L. 240. quia-intellectum: notificantes diversum modum L. 241. intentio L. 242. Explicit-Wormaciensis: et sic illius opusculi sive(?) ad finem L.